

Bulletin A. 3. B. 12

JOHANN
OLDENDORPII

Iur. Consult.

TRACTATVS
E PRIVA-
A RECONCI-
LIATIONE

ET

DE IURE AEQUI-
TATE.



FRANCOFVRTI

Sumptib. Casparis Wachteri.
M. D C. LIX.

ILLUSRISSIMO, GENEROSISSIMOQUE PRINCIPI
ac Domino, Dn. Philippo
Duci Sedini, Pomeraniæ Cassu-
borum, & Vandalorum Rugiæ
Principi, Comiti Caicorum &
Terrarum Leoburgensium &
Butoviensiū Dynastæ, Do-
mino suo clementif-
simo, S. D.

*Doctor Iohannes Lessenius à Lessen E-
ques Vngar. Regiusq; Med.*

 **Ei & Naturæ ipsi-
us filiæ constituto
Princeps Illustrissi-
me, in Hominū cœtu
res est p̄petuata Magistratus;
cujus**

EPISTOLA

cujus potestate, sicuti foris hostiles impetus Armis propulsari: ita domi Civium contentiones legibus tolli necessarium prorsus ac salutare. Erat vero tum status Retum publicus multo quam nunc tranquilliōr, cum II. scita extarent paucissima, & ne scripta quidem, sed solummodo familiariter omnibus nota, è conscientiæ Tribunalij unico juridicæ Sapientiæ sacrario, dictata; genuinoq; illo principio: *Tibi quod factum nolis, in alium ne admiseris,* prognita. Ortæ hinc Pompilianæ & duodecim Tabularum II. videntur, quibus temporibus rariores privatorum lites, & jurgiorum faciliores direptiones; quas postmodum creibiores, diurnioresque rediderunt,

DEDICATORIA.

diderunt, juris detruncati Justini-
nanei Centones, in utramque
partem tortiles: nescio suane
obscuritatis culpa, an vero legu-
leorum quorundam ingenij he-
betudinis, aut nimium etiam af-
fectatæ subtilitatis, de quibus in
Forensibus ita queritur Budæus.
Quædā controversiæ sunt; qua-
ruim Actione prima omnia jura
exhauriri possunt, præsertim si
Advocatū naclæ sint causæ ma-
gis studentem, temporisq; com-
pendio, quam facundiæ ostenta-
torem: Cujusmodi quidam Cau-
sidiciq; infinita ll. capita, D D.
responsa, ad nauseam usque in-
geminant, Iliadas commentari-
orum multiplicium. Non diver-
sum ab hoc sentiens Huttenus,
doctus ille Eques Germanus, in

)C 3 suo

EPISTOLA

suo Nemine inquit; Ad Bartholistas redeo. Tales sunt qui nunc in Aulis Principum & Rebus publicis, quasi spongiæ hærent. Hi soli & dæcti sunt & doctrinæ suæ premium inveniunt; soli cum divitibus aurum commune habēt, ac ab iis, benignius salutantur. Ac nescio ubi uspiam manifestus stultitiæ suæ documenta, quā in demerendis Rabulis, præbeant: Quos cum reddunt purpuratos, ipsi aliquando egent, inepti homines: Quasi non melior fuerit Germaniæ status, antequam isti invaderent tot voluminibus instructi; tunc cum plus hic valerent boni mores; quam uspiam scriptæ leges. Aut non adhuc quælibet Civitas prudenterius gubernatur, quanto ab ea longius

DEDICATORIA.

longius absunt hi glossatores.
Ac illos mihi intueatur aliquis
apud Balticum mare Saxones,
quemadmodū incunctanter ac
nulla injuria jus dicunt non con-
sultis quidem illis quos dixi le-
guleis, verū suo illo ab antiquis
more. Utriq; de hoc hominum
genere subscriptit disertissimus
Hispanus Vives Ludovicus. Sic-
enim libro, de causis corruptarū
disciplinarum ultimo; *Mulii pa-*
troni & advocati ne fame ipsis pere-
undum sit, lites querunt, seminae orū
ubique spargunt, movent, augent de-
torquendis ll. & controversias ma-
lunt constituere, quam tollere: Idque
eo est factu promptius, quod ll. obscu-
ritas ansam pravis hominibus præ-
bet inflectendi eas quo velint: Et dif-
ferunt lites in longissimum diem, ut

) : (4 malis

EPIS T O L A

malī Medici curas morborum, sic unde ulterior lucrandi spes affulgeat: Ita brevit tempore quæ erant facilia & liquida, involuta reddunt omnia & perplexa: In Pannonia quemadmodū accepi, vivebant olim sine juris interpretibus, non tamen sine jure. Nā simpliciter & bona fide ex antiquis moribus, & paucis quibusdam legibus res judicabant, imo dissensiones suorum Civium facile componebant.

Postea in comitatu Beatricis, Ferdinandi Regis Neapolitani filiae, quæ illinc fuit missa nuptum Regi Matthiae primo; venerunt I C. aliquot, qui barbarū (ut ipsi dicebant) morem, magno vulnu & superciliorum fastidio aspernati. Hi, quod Princibus haberentur profipientibus, facile perfecerunt, ut homines simpli-

ces.

DEDICATORIA.

ces illorum se sapientiae concederent. Cœperunt illi formas præscribere quibus esset petendum, quibus respondendum atque excipiendum, dies legitimos notare: Iudici quoque aliquid assignare quod diceret, ne mutaesset persona. Brevitempore ubi nullæ prius essent lites, omnia vidisses feruere litibus, controversiis, petitionibus, responsionibus, exceptionibus, comperendinationibus, procrastinationibus. Erat prorsus fabula, nisi quod damnosissima, cœtera festiva in primis & ad risum admodum apta hominibus utique oziōsis & quibus nihilesset controversiae. Quod malum tantum & tam subitum, quodque late invaluisset, cum animadvertisserent prudentiores viam, a. d. Regem res est delata, qui

E P I S T O L A

repercognita, I.C. illos continuo Regno jussit exceedere: & omnia in pristinum morem revocari. Sedata est statim tempestas illa tanquā si ventus posuisset. Hactenus Vives. Hoc modo præstisset alicubi, prisco candore & simplici æquitate contentos novarum ordinationem partu abstinuisse, vel his relictis, quamprimum ad antiquas rationes recurrisse: Ita enim forent illorum locorum res, multo quam hodie suet florentiores. Privatorum namque hoc modo exhaustis fortunis, neque communem Rem diu existere saluam posse, testatur Ubertus Folgeta Italus, in quadam de causis Imperii Turcici surgentis, & Christianorum occurruntur.

sis

DEDICATORIA.

tis dissertatione. *Iudicia*, ait, apud nos majoribus contentionibus, majorique eloquentia & longiore temporis tractu exercentur. Quare magnus Iure consultorum, Oratorum, Causidicorum, scribarum numerus, quibus amplissima præmia & magna mercedes sunt constitutæ: forensisque opera & industria haud exiguum Christianarum opum partem, utilius alio convertendam, ad se trahit. Nemo hic putet doctissimos hosce viros & de jure similiter cōsultissimos divinæ illi sapientiæ, quæ Jurisprudentia appellatur, atque Boni & Æquars Jasoni definitur, (quod dementiæ cuiusdam potius quam prudentiæ foret,) obloqui: velut nec melioribus, bonarum):(6 causa-

E P I S T O L A

causarum Patronis, justitiae ministeris, quibus Clientes ob fidem
& sollicitudinem etiam Imperatoris dictatu, gratias debent omnino maximas, convitium facere: In civium spoliaria, judiciorum vultures, oneraque Reip. exitiosa invehuntur Rabulas, professione magis quam scientia celebres. Qui vocata in consilium audacia Civium sanguinem continuo exhaudire malis suis artibus non verentur, harpyiae insatiabiles: quos non raro etiam clam fovent, instigant adjuvant, (verba Budæi sunt, ne quis mihi succenseat) nequam quidam Judices, quo & ipsi parte fruantur rapinarum. Profecto multis cum ageretur melius si relieto foro

DEDICATORIA.

foro rostrisque, lites suas placide
ad rastra componerent, ad com-
memorabile & imitabile hoc e-
xemplum, quod narrationibus
suis Gilbertus Cognatus habet
insertum. Parum (recitat is) con-
veniebat inter duos quosdam cognati-
tos de re dividunta, cumque neuter
alteri vellet concedere, res eo specta-
bat ut iretur in jus, & judicum sen-
tentis controversia finiretur, Adi-
bantur Advocati, parabantur dicæ,
reserat cum IC aditi judices, conte-
statalis, cœpit agi causa, hoc est, bel-
lum suscepsum est. Ibi alter mature
resipiscens adversarium privatim ac-
cersum his verbis alloquitur; Prin-
cipio parum decorum est quos Natura
copulavit, pecunia dissociet. Deinde
est incertus litis eventus, haud mi-

EPISTOLA

nus quam belli. Snscipere nobis in
manu est, finire non est. De centum
auris totalis est, ejus summae dimidi-
um in Notarios, in promotores in Ad-
vocatos, in IC. & judices, in judi-
cum amicos expendetur, si legibus ex-
perimur. His erit inserviendum, a-
dulantum, dandum, interim taceo
curas ambiendi, cursitandi que labo-
res. Denique ut maxime vincam,
plus tamen est incommodi, quam
commodi. Quare potius nobis ipsis
sapiamus, quam istis prædonibus, &
in hos male collocatam pecuniam in-
ternos partiamur Concede dimidi-
um de tuo, ego tantundem de meo
concedam. Ita & amicitiam no-
stram alioqui perituram lucrifacie-
mus & tot molestias effugiemus.
Quod si recusas quicquam concede-
re; ego vel universum negotium tuo
per-

DEDICATORIA

pmitto arbitratui. Malo penes ami-
cū hæc sit pecunia , quā penes insatia-
biles illos prædones. Aunde magnum
fecero lucrum , si & famæ pepercero,
& amicum servavero & tantum ef-
fugero molestiarum. Movit adver-
sarium tum rei veritas, tum cognati
festivitas. Rem inter se transege-
runt in vitiis Advocatis & Iudicibus,
quos canes deluserant hiantes. Et
pergit: Utinam horum prudentiam
imitari studeant quibus volupe est
ordirilites nunquam finiendas apud
judices dabo & ays, aureo hamo pi-
scantes. Horum enim & patrono-
rum fit corruptela ut fere litiganti-
um utræque partes plectantur; adeo
etiam ut frequenter pœnitent eum
qui vicit litem, indocti enim advo-
cati & causidici non student ut medi-
ocri

E P I S T O L A

ocri jactura transigatur cum adver-
sariis, ut lites cito dirimantur, sed ut
quam diutissime prorogentur. Quod
cum accidit, non minus actum est de
illo secundum quem sententia lata
est, quam de altero qui in judicio suc-
cubuit; Nam ut hunc amissa perdit
lis: Ita illum consumptares depaupe-
ravit. His prolatis plane veris-
simis ad amissim respondent
hæc è forensibus Budæi excer-
pta: In causis opimis uberisque pro-
ventus, advocati messem annuam,
cognitores vindemiam, pragmatici
spicilegium & racemationem faci-
unt: Ut nunc omittam honorarium
disceptatorium; & quæ ad incerta li-
tium seponenda sunt. Ita Dominis
ipsis causarum spes tantum reliqua
est, in jejunis & exsuctis patrimoni-
orum

DEDICATORIA

orum titulis; calamitas segetum &
labor rei familiaris, juris & discipli-
næ insanacommentatio indies excre-
scendis, & non nihil interim evari-
antis: Cujus discipline incremento
necessæ est responderelitium Iliadem:
Quæ eosque jam processit ingenio-
rum stylique contentione, ut ea quæ
justitia dicitur, non suum jam magis
unicuique tribuere; quam alienum
videri possit. Siquidem adverita-
tem loquendum germanam & limi-
tam. Hæc Rudeus magnus il-
le IC. & Doctorum Galliæ co-
ryphæus. Eadem suo quoque
calculo confirmat Oldendorpi-
us hisce verbis: *In foro veluti of-
ficina quadam, cum paratissimam es-
se oporteat juris executionem, lites
nunc fiunt immortales, verborum &*
cere-

EPISTOLA

ceremoniarum ambitu pernitoso. Sic
consonescunt miseri litigatores, tan-
demque non nisi Cadmeam expe-
ctant victoriam. Quippe quod plus
impenderint quam totares sit. Et
medius fidius, quemadmodum qd
incendia turmatim accurrunt plu-
rimi otiosi spectatores, partim te-
mere impedientes alios, plerique pre-
dandi animo: Itajudiciorum cohors
ad paratā justitiae executionem quasi
viva lex instituta plus damni quam
suppetiarum adfert controversis ho-
minum, bonorum virorum existima-
tione semper salua: Tū si scholas quo-
que inspiciamus, quæ veluti Semina-
riū esse debebant, unde quoquo ver-
sus administratores forensium nego-
tiorum prodirent: Nihil in his tradi-
tum est aliud, quam quemadmodū ll.



DEDICATORIA.

& juris Themata in varios sensus
Vertumni more possent torqueri.
Quos itē in prima aetate ad gravitatē
eruditri oportuerat, eorum ingeniaci-
vibus corrupta sunt altercationi-
bus: quū tamen nihil opus esset suf-
fundere frigidā iis, qui plus satis na-
tura proni sunt ad dissentendum.
Hucusq; Oldendorpius. In forē-
si hujusmodi luto tenacissimo,
unde lōgissimo tēpore optimus
bonæ memoriæ parens meus nō
valuit eluctari, ego natura jubē-
te & ultima ipsius voluntate de-
poscente in vicem mislus, haēte-
nus (quod malevolis ridere faci-
lius est quam mihi perpeti) hæsi-
tans, quid commodi insit litibus
testis & exemplum esse queo a-
liis , consiliumq; melius dare,
quam

EPISTOLA

quam hoc tempore mihi ipsi sumere: Præstare nimirum mediocri jactura cum adversario transfigere, quam cum magno discrimine Iudiciorū aleam experiri. Evidem vehementer miror sacros Rethores pro concione non frequentius & ferventius adversus φιλοδικίαν insurgere, ac desiderium benevolentiae, quæ non solum communis societatis vinculum, verum etiam Christianismi fundamētum & testimonium, auditorib⁹ persuadere: Cum saepius ob læviora multo excandescere soleant supra clepsydrām & crepidam quandoque facundi: pariter, me judice, operæ precium facturi remque uti Deo gratam, sic Rei- . publ.

DEDICATORIA

publ. utilem, si pro ea qua valent
merito apud populum autorita-
te commonitionibus suis exiti-
osum hunc forensem conflictum
atrum cunctis redderent & exo-
sum. Hoc nomine, vel solo eti-
am Titulo, præsentim Argu-
mento à I C. profecto magnopere
placet Eruditus iste De
PRIVATA RECONCILIATIO-
NE Liber: Quo Author pie mo-
net & docet, illatis acceptisque
injuriis amicabiliter privata recon-
ciliatione cùm doméstico phar-
maco, ingenuo confitendo, &
placide condonando, medicari:
Ita enim citra cædem & sangu-
inem aut strepitum etiam Judi-
ciorum cubi sæpe studio parti-
um multa fiunt, quæ in juriæ
pro-

EPIS T O L A

propius quam juri accedunt) & absque longa tela Appellationum , Procurationum , aliarumque interjectionum anfractuosarum judicū manibus minime impliciti controvertentes , sumtu , labore , sublevantur & soluuntur , pacificorum hominum interventu litium incendio illico extinto , oppressaque.

Quis vero dubitabit in gravibus hisce de vita & fama decertationibus , mitiora siquidem dentur remedia , ea vilioribus multo , de contractu aut hereditate disceptationibus , defutura , si virorum accersatur arbitratus optimorum ? Ad hunc ordinem quemadmodum Gentiles

vel

DEDICATORIA.

vel unicum redegit humanitatis
studium : quo & barbari cir-
cumscripti in officio continen-
tur : Nobis ne Christianis lex ut
olim scripta, sic ab Authore sa-
lutis nostræ serio præcepta & in-
culcata Charitas lenitatem &
mansuetudinem non invitabit?
Ah descenderet aliquando in
præcordia nostra altius hæc vir-
tus, & elaberentur mox è ma-
nibus stricti in mutua visera
gladii, abessent querelæ, cessa-
rent bella, rescinderentur dicæ,
rediret suus fronti pudor, dex-
træ fides, genu misericordia, ca-
piti honor: Reverterentur exu-
lantes quasi postliminio, con-
sensus, pax, concordia, unani-
mitas, quibus initio humanum
genus

EPISTOLA

genus congregatum , civitates conditæ, auctæ, conservatæ, inventæ & cultæ artes bonæ, sapientia omnesque virtutes propagatæ.

Hæc, Princeps Celfissime, imminentem mihi venerunt nuper priorem hunc tractatum vacuis horis perlegenti. Soleo enim uti in vita , sic & in studiis severitatè comitate miscere, reflectionisque loco mutationem laboris ducere: Et ne forte nihil agenti inertia tacite subeat animum , hujus modi à professione quidem mea , non item more meo alienis lectionibus & commentationibus perquam diligenter cavere. Atq; tum vix feci posueram ista , cum clementia &

DEDICATORIA.

& eruditione plenæ Cels. T. mihi redderentur literæ: Quibus cetera inter Bibliothecæ, quæ in Aula tua instruitur selectissima rationē ut haberem, innuebatur. Huic Cels. T. desiderio parere, quam placere paratior: paucis quæ ad manum erant congestis, emissisq; veniam præfatus; id me de Libris qnod soleam de cibis sentire, rescripsi: nempe non plurimos sed optimos illos cupere: Hoc est in omni disciplinarum generc autores præstantiores, conquirere, Horum classi doctorum calculo merito omnium, libelli hi quoq; accensendi: Opera certe ingeniosa, acria, elegantia, puraq;, satis etiam vtut arcta videri pos-

A sint

E P I S T O L A

sint, diffusa gemmarum instar
splendida: Digna quæ vel ob ti-
tulos amentur, omnium mani-
bus & animis præsertim Princi-
pum versentur, hisce maxime
temporibus, ingens quibus ma-
lum imminet ex dissensione Or-
bi Christiano: cuius res in uolu-
tæ cernuntur instar globi filis in-
nodati & implexi; quæ eglome-
rari vix puto virium humana-
rum: Vnicus potest Deus sapi-
entia bonitateque sua opem &
subsidiū afferre rebus tam af-
flictis, ac labantes ac rüentes ful-
cire. Scriptores igitur tam lau-
tos & laudatos operasque adeo
probas & utiles in vitam & lu-
cem revocatas, una cum Claris-
simorum quorundam virorum,
de

D E D I C A T O R I A.

deinuersis æui nostri rationibus
cēsuris, seu verius querelis huic
epistolæ insertis, Tibi, P R I N-
C E P s mitissim enuncupo: Tu-
amque Celsitūd. cum Genero-
sissima conforte Sophia, elegan-
tissima Aula, totaq; ordinatissi-
ma prouincia, mihi proxima æ-
state cum summa voluptate spe-
cta, diutissime viuere iubeo
& valere.

Dabantur Wiennæ Austriæ,
die quo Sol Arietem subiens ver
nobis inchoat, Anno Christi
1610.

Τῷ Ιωάννῳ Βαπτίσῃ Καρκαΐτιον ἐγκάμπειον εἰς τὸ δέ
Πινάλδη Κόρον Κορρήγιον βίβλιον πεζὴ τῆς
Διάδαξεν, ἢ συμβάσεως.

O"στοιχεῖον κακῶν πίκτους" ἔγραψε τὸ μὲν
καὶ τὸ

καὶ γαλεποὶ πόλεμοι, ἔχθεατ' αργαλέα,

Τόσον γεῖμι αἴγαδῶν πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι
ἐξ αἴγαυῆς φιλίας ἥδετ' ὁμοφροσύνης.

Τῆς γὰρ αἵρετος μέγας ψυχαρὸς συρρὺς ὑπέση,
σοιχεῖον αἴγαδος ἥδετ' αἴρεσσα σωδίδε).

Τῆς δὲ πόλεμού παύτες λαοὶ μάκαροι τελέθοισι,
οικίαν αὐθρώπου, ἔθνεα, ἥδε πόλεις.

Τινὴν καὶ εἰρήνην Χειρὸς κατέλαψε βροτοῖσιν.
ἀπεργόρυτος θαλάκοις ψυχανθεῖσαν.

O"τις ἄρετος γλίχεται" μῆνιν, θυμοφθόρον ἔχθρον,
ἥδετερον σκέπασσεν χωριδύτης κρεοδίτης,

Η' δὲ ἀφοβῶν Διάγκυν λοιπὸν βίον σκύφον; θυμῷ
σύμπαντας φιλίας, ψδενατ' ἐφθερὸν ἔχων,

Πινάλδη Κόρον Κορρήγιον αἴγαδον αἰδοῦ
ὁφθαλμοῖς φερέτω, καὶ γερέλαμβανέται.

Οὗτος δὲ τοῖς Νέστῳ, τοῖς Φοίνιξ, ἀστῷ Οδυσσεῖ
ἔχθρα Διάδαξεν μειλιχίοις ἐπεστιν,

Δόγματα καταλαύνοντες, δίκας τὲ, νόμος τὲ δι-
δάσκαλον,

οῖσι Διάδαξεν γεγνομένη πέλε).
Χαῖρ ἀρετῶν σοφὸς, πεφιλημένος σύνεια μετόσους
Πινάλδης ἔθνεσιν παύτερον ἀφέλιμον.

Lectori S.

Non hæc Spartani sunt horrida iussa Lycurgi,
Sed piæ Romani dogmata Pompeij.

Series Capitum, Libri de Priuata Reconcilia- tione.

Proæmium.

Inuocatio.

*Ex quo iuris fonte emanet Pax, ega-
que Iurisconsultorum propriam
tractationem esse.* Cap. I.

*Vnde Reconciliatio dicta, eamque re-
Etiam, & fauore dignam esse, neq;
Christi religione abhorrere.* II.

*Quo primum autore Reconciliatio in-
uenta.* III.

Quid sit Reconciliatio. IV.

*Aequalitatem que dirimant, & quid
sit Iniuria.* V.

*Quotuplex, & cuiusmodi sit Iniuria
significatio.* VI.

De Vindictæ modo. VII.

*De medijs Reconciliationis, siue de pa-
cifi-*

Τῷ Ιωάννῳ Βαπτίσῃ Καματίε ἐγκάμιον εἰς τὸ Φ
Πινάλδη Κόρος Κορρήγια βίβλιον πεζὴ τῆς
Διδαλλάξεως, ἢ συμβάσεως.

Oς οὐ χρῆμα ηγαῖν τίκτουσ' ἔρεδες τὲ μάρ
χαι τὲ

ηγὶ γαλεποὶ πόλεμοι, ἔχθεατ' αργαλέα,

Τόσον χρῆμαί γαῖαν πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι
ἔξ αἰγαυῆς φιλίας ἥδετ' ὄμοφροσύνης.

Τῆς γὰρ ἀμὲν αἰγλήσις μέγας κύριος συρῦς ὑπέστη,
σοιχῇ ἀπλύλος ἥδε ἄμα σωδίδε^τ).

Τῆς δ' ἀπὸ ηγὶ πάντες λαοὶ μάκαροι τελέθοισι
οἰκίαν αἴθρωπον, ἔθνεα, ἥδε πόλεις.

Τὴν δὲ ηγὶ εἰρηνίκην Χεισὸς κατέλαψε βροτοῖσιν.
ἀτερφόρες δαλάκμοις κύριον εἰσαντιῶν.

Oτις ἄρρεν γλίχε^τ μῆνιν, θυμοφθορεν ἔχθεσιν,
ἥδερεν εἰκόναλλεν γνωμόμυτος κραδίης,

Η' δὲ ἄφοβος Διδαλλάς λοιπὸν βίον διφρενις θυμῷ
σύμπαντας φιλίας, κύριον εἰσαντιῶν,
Πινάλδην Κόρος Κορρήγιον αἰγλαόν αἰδοῖο
ὁφθαλμοῖς φερέται, ηγὶ γεράλαμβανέται.

Οὗτος δ' αἰς Νέστωρ, αῖς Φοίνιξ, αἴστος Οδυσσεὺς
ἔχθρα Διδαλλάτης μειλιχίοις ἔπεστιν,

Δόγματα καλὰ γράφει φαντεῖ, δίκας τὲ, νόμος τὲ δι-
δόσκων,

οῖσι Διδαλλαξίς γιγνομένη πέλε^τ).

Χαῖρ ἄρρεν τῷ θεῷ στόφος, πεφιλημένος σύνεια μεύσεις
Πινάλδης έθνεσιν πάντεσιν ἀφέλιμος.

Lectori S.

Non haec Spartani sunt horrida iussa Lycurgi,
Sed pia Romani dogmata Pomptilij.

Series Capitum, Libri de Priuata Reconcilia- tione.

Proæmium.

Inuocatio.

*Ex quo iuris fonte emanet Pax, ega-
que Iurisconsultorum propriam
tractationem esse.* Cap. I.

*Vnde Reconciliatio dicta, eamque re-
ctam, & fauore dignam esse, neq; à
Christi religione abhorrere.* II.

*Quo primum autore Reconciliatio in-
uenta.* III.

Quid sit Reconciliatio. IV.

*Aequalitatem quæ dirimant, & quid
sit Iniuria.* V.

*Quotplex, & cuiusmodi sit Iniuria
significatio.* VI.

De Vindicta modo. VII.

*De medijs Reconciliationis, siue de pa-
cifi-*

acificand ratione.

VIII.

Remissio quid, curq; ita vocata. IX.

Ipsam remissionem nobiliorem, s^epius
que ceteris omnibus usurpatam,
qua*n* pacificationibus obtingūt. X.

Faciliorem esse in Factorum, quam in
Verborum injurijs, pacificand rationem. XI.

Verba facilius factis irrita, nullaque
constitui. XII.


Quatenus Remissioni tribuatur, & an
ci, qui se remittit, vlla vti defensi-
one aliquando liceat. XIII.

Ex quibus caussis intermittatur pub-
lica utilitas. XIV.

Operis conclusio, & cur in Reconcilia-
tione ora, manusq;, & dextra po-
tius, quam sinistra iungantur. XV.
ac ultimum.

RAI-

I



RAINALDI CORSI, IC. DE PRIVATA Reconciliatione, Liber.



HRISTI Charitas tam late patet, ut dubium non sit, hanc nobis vnam, qui intus verba iurauimus, ad summam consequendam lenitatem abunde sufficere, modo in officio perstare libeat, remq; nomini cōformare. *h. est & aliud. Instit. de dona.*

Sed quem sic ardens euexit ad aethera virtus? *Aen 6.*

Eo licentiae mala nostra ingenia processerunt, ut quia s̄epissime ex priuatis iniuriis ad singulare certamen descessum sit, hac de re multi, *Putens, Lignanus, Iac. à Castillo, Alciatus Iurecoss. Possevini fratres Philosophi, atq; aly-*

alij complures tanquam de iuris aliquo præcepto, contra ius, fasque omne ausi sint decerpere, quæ de facto sunt, ad causam iuris trahentes, ut ipsi inquiunt. *Alcia pro Caninio.* lib. Respon. 5. Quibus si id licuit, me quis priuatas reconciliationes tractantem arguet? *Plato de legib.* I. Priuatas inquam, quod Iureconsulto satis sit leges, & consuetudines, quibus priuati in ciuitate vntuntur, nosse, atq; docere *Cic. in Top. &c. de orat.* lib. I. *Tacit. de orat.* quodque mihi Duellum, cui hæc opponuntur, ob oculos posui. Quanquam autem illas ita sum definiturus, ut publicis, priuatisque eadem definitio conueniat, priuatorum tamen modos duntaxat sequar, quod de Coquentione legis lator, L. 5. de pac. deque Iuris partibus fecit L. I. §. *Priuatum de just. &c. iur.* Et publica quidem reconciliatio illa est, quæ inter Ducas belli fit: *Priuata,* quæ inter priuatos.

INVOCATIO.

QUONIAM vero, vtà præclarissimis æmulis Xenophonte in *Oecon.* atque Plato-
ne. *Eph. stola* 5. & *in Timao.* traditum est, omni-
bus in rebus, & dicendis, & cogitandis
principium semper à DEO est faciendum,
a quo principium cogitandi, dicendi, o-
mnes.

mensque, quotquot fuere mentis compotes, in operis cuiusque magni, seu parui initio id præstitere, unde & Demosthenes, *Epistol. I.* qui Platonis discipulus fuit, *Cic. in Brut.*, *Suidas*, *Plutarch. &c alij. ad S. P. Q.* Ath. de Concordia scribens, & Iustinianus leges compositurus inuocauit; Horum ego monita, & exempla sequutus, precor summam, atque Sanctissimam Trinitatem, ut quod Christiano populo utilissimum futurum sit, id nunc, & posthac mihi veniat in mentem scribere, Christianisque ipsis opportune decernere. Sic media vis moueat, ut de Magne lapide dicitur, *Plato in Ione.* qui non solum ferreos annulos trahit, sed vim etiam annulis ipsis infundit, qua perinde ac lapis, alios annulos trahere possint. Hæc præfatus cum spe mihi diuinitus aliquid boni venisse in mentem sic scribo.

C A P. I.

*Ex quo iuris fonte emanet Pax, eamq;
Iurisconsultorum propriam tra-
Etationem esse.*

Principio rerum summa Pax fuit. Nam vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant
A. 5 valde

valde bona. Gen. i. Nec fas est, nec vñquam
fuit quicquam, nisi pulcherrimum facere
cum, qui esset optimus. Cic. de vniuersitate.
Et (quod sumnum bonum Stoici dixerat)
Natura cum virtute congruit semper. Idem
off. lib. 3. Bellum autem per Antiphrasin di-
ctum est, tanquam minime bonum, siue ut
alij existimauerunt, à belluis. Dathus de 9.
verbis. Propterea Plato Delegib. i. Conuenit
Tex. in aus. de armis. in prin. coll. vi. Nec bel-
lum optimum est, nec seditio: Omnes enim
deprecantur, ne quid horum sibi ineundum
sit, sed Pax, mutuaque benevolentia. Et Flac-
cus in carmine Ode 1. lib. 1.

Bellaq; matribus Detestata. hinc ætas illa pri-
or Aurea est appellata; que vindice nullo, Spon-
te sua sine lege fidem, rectumq; colebat. Ou. Met. I.

Proinde Tacitus Annal. 3. Yetustis-
simi, inquit, mortalium nulla adhuc malali-
bidine sine probro, scelere, eoque sine poena, aut
coercitionibus agebant, neque præmiis opus erat,
cum honesta suopte ingenio peterentur. Atque i-
té de orat. quis ignorat utilius, ac melius esse fruē
Pace, quam bello vexari? Sed & si quem natu-
ræ impulsu legem nominare licet, his fini-
bus continetur, Honeste viuere, Alterum
non lèdere, Ius suum cuique tribuere, §. iuris.
Insti. de iust. & iur. quæ sunt Pacis firmamen-
ta à

R E C O N C I L I A T.

ta à Cicerone in officiis Lib. 1. & 2. late tractata. Pálam est illud Liuij in oratione Camilli ad Faliscorum legatos, Dec. 1. lib. 4. *Nobis cum Faliscis, que pacto fit humano, socii non est, quam ingenerauit Natura, est, eritque.* At amplius ex responsis Prudentum nonnullum liquet Pacem iuris Naturæ esse, cum bellum aiunt prodiisse à iure gentium, L. ex hoc. de iusti. & iur. quod illo iure posterius est? Ergo ante Pax fuerat. §. 1. Inst. de libertin. Pau. ad Ro. 5. Quid Deum summum, atque incomprehensum dicam? Qui cum sit ἀπ' αὐτοῦ, καὶ πρότως αἰώνων, non belli dicitur Deus, sed Pacis. Esa. 9. Pau. 1. ad Cor. 14. & 2. ad eosdem. Ad Thess. 1. & 2. Ad Heb. in fin. Misericordia Pont. ad Hispan. Tomo concil. 1. Faciunt, quæ not. Diony. de diuini. nomi. cap. 5. ad fin. Ipso præterea usu rerum magistro quotidie discimus (quod Florentinus ait L. ut vim. de iusti. & iur. Concordat Tacit. in d. lib. 3.) cognationem quandam inter nos à Natura constitutam, & hominem homini insidiari nefas esse. Ex quo frequens olim proverbiū: *Homo homini Deus.* Facit l. seruus. in fin. deser. expor. Placuitque sic circa doctis aliquibus viris, Amb. Calep. in Dictiona. Hominis appellationem ex Græco verbo i. dist. ius gentium. ομονίω significantē concordiam, atque consensum deriuatam fuisse..

fuisse. Et ex his concluditur, Pacem à iure naturæ esse, Pacem in quam arcto, & proprio vocabulo acceptam. Reconciliatio vero, quod est alterum Pacis genus, à iure gentium fluxit post bella inuenta. Nęq; enim reconciliatio nota esse potuit, dum bellū esset incongitum. Quamobrem recte Isidorus, *Ius*, inquit, gentium est sedium occupatio, adificatio, munitione, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera, *Pacis*, *inducia*. L. I. de justi. & iur. Porro ad iurisconsultum hæc spectat materia, (etsi, quem scierim, huius ordinis nemo, sed neque aliis quisquam ad eam hactenus accessit) Nam iuris studium proficitur iurisconsultus. Eius autem studij duæ sunt positiones: Publicum, quod in sacris, sacerdotibus, & magistratibus consistit: Privatum, quod collectum est ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

C A P. II.

Vnde Reconciliatio dicta, eamque re-
ctam, & fauore dignam esse, neque-
à Christi religione abhor-
rere.

A Verbo Concilio sit Reconcilio. G. in las.
 sermo. obseruatio. Et simplex nonnunquam
 pro.

pro composito ponitur. *Cas. de bello ciui. lib. 1.* Quanquam hoc potissime distent, quod odium, & gratiam conciliare dicimus: Reconciliare autem solam gratiam. Quam obrem non inscite Grammaticorum aliquis dixit, *Reconciliare est interruptam gratiam resarcire. G. ubi supr.* Atque id Cicero ad Metellum libro familiarium s. ijs verbis plane declarat: *Quod scribis de reconciliata nostra gratia, non intelligo, cur reconciliatam esse dicas, quæ nunquam imminuta, (sive, ut alij legunt, immutata) est.* Hinc Reconciliatio à verbi ipsius significatione nō discrepans, quæ quidem potest describi, vt sit altera Pax, non naturalis, sed pacta. Atque hæc utilis, rectaq; est, vt quæ seditionibus modum ponat, 90. dist. placuit. & concordiam maxime affectet, *Diuus Tho. I. 2. 2. q. 61.* dicente Platone, in *Alcib. I. Expedit ciuitati seditiones abesse.* Et Aristotele, s. Eth. I. Concordiam legislatores summopere affectant. *Quodq; insuper ad pristinum Naturæ statum nos reducat, digna fauore est,* 35. dist. ab exordio. t. si unus. s. quod in specie. de pact. ex quo pulchre Valerius, Sicut, inquit, placidum mare ex aspero, cœlumque ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur, sic bellum pace mutatum plurimum gaudij ad fert. libro 4. cap. 2. Cicero vero: *Et nomen Pacis dulce est,*

S ipsa res salutaris. *Diu. Tho. eo. lib. q. 29. in 1. memb.* Ad hæc, sicut prior illa Pax bona est, eiusque nomen sua vi propensum est ad bonum, & bonis duntaxat viris congruit, liberamque omnino voluntatem exquirit; sic & Reconciliatio. Nulla n. Pax impijs. *Esa. 69.* Nec est vera Pax, nisi eadem sit voluntaria. *Diu. Tho. ubi, supr. proxime.* Ex hoc consequitur posse illam etiam diebus Majestati altissimæ dedicatis expediri Azo in sum. *C. defer. col. 1.* secus atque deDuello. *Quod cum sit a-* Etus controversus, & lachrymosum plerunque spectaculum, festo die penitus interditur, *I. fi. C. eo.* illis etiam casibus (si qui sunt *Alcia. de sing. cert. cap. 3.* & *4. Soc. iun. cons. 122. & 123.*) quibüs Duellum à iure permititur. Imo, quanquam corruptis moribus omnia sunt depravata, probatio per Duellum die sacro facta nulla est ipso iure, & fudex, & partes, & quisquis se spectatorem præbet, in magnum crimen, & poenas incurrit. *d. l. fin.* Ne vero quisquam suspicetur absurdame, & ab homine Christiano aliena hoc de Pace compendio traditurum, quod Petrus Apostolorum summus hac de re sensit, continuo memorabo: *Nemo (ait) vestrum patiatur, ut fur, aut homicida, aut maledictus, aut alienorum appetitor.* *Sin autem ut Christianus,*

non

monerubescat. Glorificet autem Deum in isto nomine. I. Pet. cap. 4. ver. 15. & seq. Iniurias igitur propter Christum condonare præstat virtute. Sed & famæ suæ consulere, cum quis se in gratiam cum inimico restituit, citra peccatum est. Quin ego præcipua protestatione utendum censeo, quoties pro Christo Iniuriæ dimittuntur, ne quasi ex merito agnosci videantur, quod Petrus reprehendit. Sic Aristoteles 4. Eth. 5. Perferre, inquit, contumelias, seruile est, cum alio in loco dixisset, Magnanimum non meminisse mali sibi illati, sed potius despicer. Eiusdem lib. c. 3. Quo nomine laudatur maxime omnium Vespasianus Cæsar, apud Sex. Aure. Victorem de vita, & morib. Imp. Atque hæc ipsa est pietas, & clementia, de qua Cicero. Off. i. Nec vero audiendi sunt, qui grauiter ita scandum inimicis putant, idque magnanimi, & fortis viri esse arbitrantur. Nihil enim laudabilius nihil magno, & præclaro viro dignius placentate, atque clementia. Et Claudianus ad Honorium Augustum:

Sispius imprimis, nam tū vincamur in omni Munere, sola Deos aquat clementia nobis. De quarto Consulatu. Gl. in aut. ut ind. sine quo quo suff. §. fiant. §. Atque. coll. 2. Fab. in. l. 2. num. 26. C. de sum. Trin. & fid. cath.

Et

Et sane, si bonus aliquis ciuis Thrasones istos interroget, **Quorsum hæc aut quamdiu?** **Quid responsuros arbitremur** (ni plane dilirent) præterquam, ut sine iniuria in pace viuamus, & donec id nobis contingat? **Plato de legib. 1. Arist. 10. Eth. 9. Cic. off. 1. Diu. Tho. ca. q. 29. Tex. 23. q. 1.** **Noli.** Ergo si bellum Pacis caussa suscipitur, nonne satius, cum primum id licet, pacem amplecti? **Arist. 1. Eth. in prin. & cap. 7.** Euenit plerumque, ut quorum caussa iure, & æquitate optima fuerat, infenso Deo, qui se tentari non vult, armorum iudicio succumbant. **Ias. Cons. 144. vol. 2. Alciat. de singu. cert. ca. 3. & 7.** **Quam ob rem** **Seneca in Theb.** **Fortuna belli semper accipiti in loco est.**

Et, ut abutar versiculo Terentij, in Eun. **Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.** Re & teque Augustinus, d. c. **Noli. Pacem,** inquit, habere voluntatis est, Bellum debet esse necessitatis. Quamuis autem odia Christi charitate sint deponenda, volentibus tamen, nobis damna, quæ rei personæ ye, seu dignitati nostræ quis intulit, lege etiam Evangelica resarcire tenetur. **Glo. 2. in. c. 1. de maledi. Prep. in c. 1. §. Iniuria. ad fin. de pace iux. firmata senen.** Facit Text. in l. 2. de legib.

C. A. P.

C A P. III.

*Quo primum autore Reconciliatio
inuenta.*

Quis vero prior hanc Pacis conciliandæ speciem inuenierit, haud facile scitu est, nisi Theseum, quem Plinius excogitasse fœdera scribit, *Hist. nat. lib. 7. cap. 56.* huius rei constituamus autorem. Licet n. fœderis latissima sit significatio, & omnis generis conventiones sub hoc nomine veniant, Paci tamen strictissime competit. Ex quo Iustinus, *lib. 42. Arsaces*, inquit, *cum Theodotis filio fœdus, ac pacem fecit*. Et apud Plautum *Sosias in Amphitr. Pacem feci, fœdus feci, vera dico*. Et Gratianus verbis Isidori, *Fœdera*, ait, *Pacis sunt iuris gentium. I. dist. ius gentium*. Neque vero Theseo mercatura tribui potest, quod idem Plinius inuentum fuisse Pœnorum affirmet. *eodem cap.* Quare proprius veritati accedit ipsa Pacis iinterpretatio, maxime quia Plinius eodem cap. Lycaonem inducias inuenisse iuxta prædixerat. Nam, ut docet Arist. *Poet. part. 150. vim nominis, si varijs sit, nomina è regione disposita declarant*. Constat autem hoc pacis genus primum il-

lud

lud, & naturale esse non posse, cum pacto fiat humano. Ergo est Reconciliatio. Atque haec illa ipsa, de qua disputamus, Priuata, ne reus sit Plinius mendacij. Nam Abraam, qui teste Eusebio *De temporib.* natus est anno mudi centesimo, & octogesimo quinto supra ter millesimum, nec amplius centum, & septuaginta quinque annos vixit, *Gen. 25.* post que eum Isaac filius cum Rege Palestinæ Abimelech, & omnibus hinc inde populus ortis inter Pastores iutgiis percussere fœdus, & iuvicem sibi iurarunt, *Gen. 26. & 27.* Quæ publici fœderis prima species fuit. Theseus vero Athenas rexit anno ab orbe condito nonagesimo sexagesimo sexto, ac una duntaxat ætate Troianæ vrbis incendium antecessit, quod inde ad annum quartum, & octogesimum successisse perhibetur. *Eo. lib. Euseb.* Quare Nestora sic loquentem Homerus *Ilia.* i. inducit. i.

Η'δη γδ' ποτ' ἐγώ καὶ ἀρείοσις θεοῦ δύμην
Αὐδεράσσων αἵματόσσαι, Εἴ τοπέμ' οἰγ' ἀθερίζον.
Οὐ γδ' πῶ τοῖς ιδούντες, οὐδὲ τοῖς ιδομέναι,
Οἶον πειρίθουντε, οὐδὲ τοῖς μηδαλαῖ,
Κακεάτε, ἐξαδόν τε, καὶ σὺν πίθεον πολύφημον,
Οὐσεατ' αἰγείδης ἐπίεικελον αἴθενάτοισι.

Et filium Thesei Demophoonta auxilium
Græcis aduersus Troianos tulisse Iustinus
commemorat. *lib. 2.*

CAP.

CAP. IV.

Quid sit Reconciliatio.

AT qui magnam inter se affinitatem hæc habent, *Plato in Alcib.* i. *Pax*, Amicitia, Opinionum consensus, & Reconciliatio, ut quæ in ipso genere conueniant, ac idem faciant ex pluribus. Quapropter largo quedam modo definitio Pacti singulis accommodari posse videtur, ut sit duorum, pluriumve in idem placitum, & consensus. l. l. in princ. ff. de pacto: Sed te diligenter perpensa manifestæ sunt proprietates, quibus vnumquodque ab alio secernitur. Solam. n. Reconciliationem nunquam non praedit Discordia. Pax ipso ortu nobiscum gignitur, ut supra docuimus. cap. i. Amicitia iungit illos præsertim, inter quos nullæ vñquam inimicitæ intercessere. Consensus opinionum utroque fit modo: nam vel ab initio idem sentimus, vel deinde suademur. Quid vero est proprie Reconciliatio? Nihil aliud, quam Pacis restitutio. Et ex hoc nomine restitutio cognoscitur Discordiam antecessisse. Nam Restituere est rem in ea conditione, quæ retro fuit, præstatre, & quasi retro, atque iterum statuere. l. Restituere. i. & 2. l. s. §. fin. & his in locis Al-

giat.

ciat. de verb. sign. Quod si Pax iterum statuitur, utique per discordiam lapsa fuerat. Illud autem in primis animaduertere oportet, non posse Pacem sine Aequalitate restituiri. Arist. 5. Eth. in. f. Pau. 2. ad Cor. 5. Quod velipso Christus Iesus, cum Patrem nobis conciliaret praestitit, ut eum ipsum inuocans Gregorius ait: Οἰαὶ Ἰησοῦς, καραθεῖς δὲ βροτὸς, θυῆ τοῦ στριμίχθως. Nazianz. τοιὶ τοῦ καθ' εαυτὸν. Exstatque de hac re proverbiū: ισότης πόλεμον ἀποτεῖ. Et è contrario: αὐτούτης τοιδα απεργάζεται. Vide Areop. de diui. nomin. cap. 5. in f. Nobis igitur discordiis modum adhibere cupientibus, quidnam sit, quod ab Aequalitate seiungat, ante omnia perquendū.

C A R. V.

*Aequalitatem quae dirimant, &
quid sit Iniuria.*

A Equalitatem dirimunt iniuriæ. Nam (ut inquit Aristoteles) 5. Eth. vls. qui facit iniuriam, plus habet medio, qui patitur minus. iniuria vero ex eo dicta est, quod non iure fiat. Quicquid enim non iure fit, iniuria si eridicitur. l. 1. in princ. ff. de iniu. At quod atti-

attinet ad institutum nostrum. *Iniuria est prava animi, voluntariaque in agente significatio ab eius, qui patitur, animo per sensum accepta.* Significatio inquam, quod, ex solo animo nemo laedatur, Arg. est Bart. in l. pro herede. & in l. Gerit. de acqui. hered. Ang. in §. fin. Inst. de heredum quali. & differentia. Nam quis animi secreta videt, nisi, qui maior est illo, i. Ioan. 3. Deus. i. Reg. 16. Sap. i. Psal. 43. Arist. Rhet. lib. 2. 3 2. dist. Erubescant. Barb. conf. 59. col. 3. vol. 5. Oportet ergo declarari animum atq; id significatione prava, alioqui, si vel dubia sit, in meliorem partem interpretabimur. Sunt enim actus quidam obscuri, atque promiscui, veluti impulsus, qui necessitate sæpe, aliquando imprudentia defendi possunt, vixque actorem à reo dijudices vnquam. In huiusmodi autem benignior interpretatio semper adsumitur. l. semper in dubijs, dereg. iu. c. Odia. eo. ti. in 6. l. Merito. Pro socio. Oldr. conf. 53. col. 2. Alex. conf. 15. col. 2. vol. 3. Aret. conf. 8. & 31. Curt. sen. conf. 20. col. 9. Marfil. in Rub. de fideiuss. & in l. i. C. ad l. Corn. defal. Idem sing. 151. Sed & Voluntariam oportet hanc esse significationem, id est, ut qui infert iniuriam, in sua sit potestate, & quem petit, noscat, & quo, & gratia cuius. Nam iniuria ex affectu facientis consistit, & tunc demum iniuria

iuria est, cum à sponte agente sit. *Arist. 5. Eth. 8. Vlp. in l. Item queritur. §. item Iul. Locati. Ol. eo. conf. 53.* Quare si quis per iocum, aut officij honeste faciendi gratia, siue dum certat, percusserit, vel si quis hominem liberum cæciderit, dum putat seruum suum, vel si cum seruo ipsi pugnum ducere vellet, in proximo alium stantem pulsauerit, iniuriam non infert. *l. 3. §. pen. l. item. §. Meminisse. Et §. Adiicitur. de iniu. l. 1. C. de emendat. propinq. Fab. in l. si non conuicij. num. 5. C. de iniu.* Parique ratione furiosus, & impubes, quidoli mali capax non est, iniuriam non infertant. *d. l. 3. §. 1. Arist. 6. Eth. vlt.* Atque hæc in agente considerantur. In paciente voluntarium omittitur, quoniam iniuriam sua sponte patitur nemo. *l. ut vns. de iust. Et iur. Arist. 5. Eth. 9. Et 12.* Quod si sponte pateretur, iniuria non esset. *l. in diem. de aq. plu. arc.* Diximus itaque *Ab eius, qui patitur, animo personum accepta.* Oportet enim ut is, in quem confertur iniuria, statim illam ad animum suum reuocet, & sic Accipiat, id est complectatur, ac intelligat eam Anima, quod est mente, atque consilio, Per sensum, qui Dux est eorum, quæ extrinsecus veniunt, ad mentem. *§. fn. Insti. de iniu. l. Non solum. §. 1. ff. eo.* Accipere autem est æque sensus & animi. *Dath. in elegan.*

Nizot.

Nizol. in obserua. Quorum utrumque ad
ce verum est, ut si quis cæco turpi corporis
motu illuscerit, vel in surdum prorsus conui-
cia iactauerit, nullam hi iniuriam accepis-
se dicantur, quod sensu careant. Idemque
de absentibus statuitur, donec per famam,
nuncium, vel epistolam, aut alia quauis
probabili caussa certiores iniuriæ facti fue-
rint. Item apud. §. conuicium. & §. proinde, atq;
ibi Bart. de iniu. Et è contrario, si me quis se-
rio criminetur, ego illi subrideam, vt iocan-
ti, nihil patior iniuriæ, cum eam ad animum
non reuocem. l. inter. §. pen. de fur. §. sed & si
credat. Instit. de oblig. que ex delict. nascun. Ias. ad
Por. in §. si quis rem. Instit. de lega. Hoc autem
potissimum differt ab animo sensus in infe-
rendis, siue accipiendis iniurijs, quod ani-
mum omnino adesse oportet, tum agentis,
tum perferentis ipsius. De sensu secus. Nam
mandato, vel ratiabitione accedente sit
iniuria per alium, vel facta comprobatur,
d. l. non solum. in prin. & §. si mandato. l. sem-
per qui non prohibet. & ibi. Doct. de reg. in. Ac-
cipiturque non solum per nosmetipos, sed
etiam per uxorem, per filium, per seruum,
per bona, per cadaver eius, cui heredes exti-
timus (quanquam hæc duo minus propriæ)
& generaliter per eos omnes, qui potestati

no-

nostræ, vel affectui subiecti sunt. §. patitur. Insti. de iniu. l. 1. §. item. eo. tit. d. l. item apud. §. si quis bona perque res nostras, aut quibus insistimus, puta si meam domum, vel à me conductam vi quicquam ingrediatur, me ave predia, cum nihil deberem, ut creditor occupet. l. lex Corn. ff. de iniu. §. 1. Instit. co. Ad hæc in perferente animus in circo desideratur, ut sciatur, si velit, Pacificari, dimittere, vlcisci. Est enim quidam modus cum pacificandi, tum vlciscendi ex comparatione iniuriæ, nec dimitti potest, quod ignoratur. l. Mater. de inoff. testa. Sane vero à nobis autores tantum, & illi ipsi, vnde ortu in iniuria ducit, vel in quibus residet, considerantur, non alii. Sed iam ad reliqua pergamus.

C A P. VI.

Quotuplex, & cuiusmodi sit Iniuriæ significatio.

Qvia diximus Iniuriam esse animi significationem, duobus id modis continet: Re, aut Verbis. l. 1. §. 2. de iniu. Et verbis scripturam etiam contineri dicimus. l. Generaliter C. de non nume. pecu. Bart. in. l. Gerit. in l. col. de acquir. hered. Natta de pulchro lib. 3. in prin.

*prin. Quæcunque autem iniuria non sit verbo, re fieri dicitur. Apartium enumeratione Tex. in d. §. 2. Quare si telum in te iece-
ro, quamvis irritum, re tamen iniuriam intuli. Quod alia quoque ratione percipitur. Vnus est enim iacentis inaniter,
& eius, qui ferit, conatus. Et ferire Fortunæ est, unde tametsi iniuria saepè exaggeretur,
nunquam tamē substantiam recipiet. Qua-
re & evenit aliquando, ut te vix contingam,
interdum vt vulnerem, nonnunquam vt in-
terficiam. Quemadmodum autem vulne-
rasse tantum minor est iniuria, quam occi-
disse: ita si te vix attigero, minor est quam si
vulnera aero. Sed hic sermo ad vindictæ mo-
dum proprie pertinet, de quo mox differe-
mus, non alia quidem ratione, quam Medi-
ci soleant de malis venenis tractare, ut vi co-
gnita morbi facilius remedium adhibeatur.
Fauet Text. in c. qui de mensa. distin. 37. Illud
enim nobis Deo bene iuuante institutum
est, docere iniquos vias Domini, & impios
ad veram, sanctamque pietatem transferre:
*Psal. 50. ut fiat, quod dictum est: Erunt prava
in recta, & aspera in vias planas. Esa. 40. Luc. 3.*
Neque vero quisquam mihi vito vertat, si
corruptis moribus aliquantulum indulsero.
Nam (ut ait Baldus) *Consi. 373. In ciuitat**

Cher. vol. 1. in antiqu. Vindictam ex consuetudine locorum. & ex vulgi opinione metimur, atq[ue] aliud quidem est iniuriam apud Magistratum persequi, aliud pacem multitudini suadere. Quā ob rem. (sicut subiecta materia postulat) multa à nobis, tum exempli gratia, tum ad opinionem militum accommodata dicentur. Nec pudebit Mosen imitari, à quo propter duritie populi libellus repudij permisus est, Deuter. 24. Matth. 9. & Paulum, quo auctore post Euangeliū circumcisus est Timotheus, Act. 16. & vniuersum Apostolorum cōctum, imo ipsum Spiritum sanctum, qui nouæ legis initio ab Idolothitis, & sanguine, & suffocato abstineri consensit eo. lib. cap. anteced. Tantirefert animos à vitiis ad virtute in reuocare. De Vindicta igitur, & eius modo iam tractemus.

C A P . VII.

De Vindictæ modo.

VIndicta refertur ad Iniuriam, perinde ac Reconciliatio ad Pacem. *Ang. in cons. 397. Ludus pile.* & est secundum Baldum eo. *conf. 373. in antiqu.* recontristatio offendoris. Nos definimus, ut sit, Iterata Iniuria ab eo, qui pri-

priorem passus est, proficiscens. Atque hæc gradibus distinguitur, cum iam in ore omnium versetur illud Satyricum:

Curabitis, ut sit,

Vindicta grauior, quam iniuria. Iuuen. lib. 5. Saty. postrema.

Quod & Boccatus alicubi tradidit. *Fabula.* 77. Et factum est tritum sermone proverbium, *Verba factis dilui.* At verbis etiam ipsi, & factis gradus insunt. Nam si mihi desideriam exprobres, ego te mentiri respondebam, vel si fuste iactus te gladio vulnerauero, iniuria omnis ad te transfertur. Hæc autem singula in patrandis reconciliationibus internosci diligentissime oportet, quo parti læsæ pudor in integrum restitui possit. Haud tamen verū est vsquequaq; quod verbis facta potiora sint. Quare, ut hic nodus cōsultius explicetur, iniuriarū tres formas constituo: Aliæ naturæ decus, seu dignitatē; aliæ naturæ dignitatē, & conscientiam, aliæ naturæ dignitatē & cōsciētiā corpusq; ipsum violat.*

* [*Vbi scripsisse, animaduerti simile quiddam in 4. Rhet. ad Heren. Priusq; ederem, anteversus est mihi locus à doctiss. quodam. sed alterius schola viro, qui cum mea scripta communicaueram. Sic vos nō vobis nidificatis aues, Deus testis, mutuaq; Epistole, quantulusq; sit hic noster labor.*]

En quomodo sunt gradus, quibus continūe ascenditur. Et ut quisque superior, ita vindictæ accommodatior, per ea, quæ prædictimus, ac fusius paulo post dicturi sumus.

Interim cum tria sint possessionum genera in rebus corporalibus, quæ in incorporalibus nota similitudinis adiecta, *Quasi possessiones* appellantur, Naturalis, Civilis, & Nuda detentio. *Gl. & Doct. in l. i. de acqni. poss.* hæ singulæ ad præscriptos iniuriæ gradus sic traducuntur. *Qui enim primi gradus iniuriam infert, is alienæ dignitatis nudam capit detentionem.* Hæc illa est dignitas, quam Natura nobiscum parit, adeo ut quisque bonus, & honore dignus presumatur, donec facinore admisso Lex illum infamia notet. *ff. de iis, qui not. infam. C. ex quib. caus. infam. irrog. Gand. de malef. sub Rub. de presum. Evidi. dubi. inter num. 15. & 16. ver. secundaratio.* Qui secundum gradum iniuriæ faciendo attingit, is ciuilem quasi possessionem dignitatis alienæ nanciscitur. Qui tertium, ciuilem, & naturalem simul. Atque hæc eadem in Vindicta obtinent, quanquam satis sit, cum oporteat, ut illa semper exsuperet. A primo itaque gradu incipit: & compensatur iniuria, sed non augetur. Quocirca huiusmodi iniuriæ, tam et si refiant, sunt tamen leues, &

ver-

verba factis hoc gradu exæquantur: Finge Titium à Sempronio his verbis ironice cōpellatum fuisse; Hem bone vir. Num Titius statim sibi persuasum habebit se malum vi-
rum esse? Falso. Nam inter bonum, & ma-
lum datur tertium. *L. 3. §. 1. Genera. ubi gl. &*
Doct. de acqui. poss. L. 1. C. 1. eo. Bar. in l. Furtum. §.
Fundi. de vsucap. Balb. de prescript. in 2. par. in
princ. col. 5. num. 7. Nec secus est, si te largua
exuero (de qua facti specie semel consultus
fui) vel si crepitum ventris ad simulato, digitis
ve obscene compositis mecum in te iniuriosum
animum significavero. Neque enim ex
his infertur, te poena dignum esse, vel id tute
existimas: Idemque est, si minitanti cuiquam
te vapulaturum abeo responderis, nihil te
tale vereri. Quoniam igitur nulla huiusmo-
di iniuria mentem è suo statu dimouet, cor-
poriq; nullum damnum infert; qui sunt duo
vleriores gradus à nobis constituti, restat,
ut solum naturæ decus minuat; qui prior est
gradus. Atque hæc Contumelia forte præ-
cipuo nomine dici posset (si valeat argumen-
tum ex nomine *Diaz reg. 20.*) cum dicta sit à
contemnendo. *l. §. 1. I. de inim.* Est enim vere
contemptio. Nec alio genere iniuriæ stultus
Nabal in sacris literis offendit David. *I. Reg.*
25. Chryseave Agamemnon apud Homer.

rum, *Ilia.* i. quanquam iniuria hæc propter impares personas Regis, ac priuati, Sacerdotis, & eius, qui Sacerdos non erat, doctrinæ nostræ proposito parum admodum conuenit. Declaratur autem utroque exemplo toutes hanc iniuriam fieri, quoties petenti honestum superibe denegatur. Quod è contrario sacræ cædem literæ docent, cum David referunt Abigail precibus deuictum ad eam dixisse: *Ecce audiui vocem tuam, & faciem honorandi.* *I. Reg. eo. cap. in fin.* Atque hoc gradu ambigat nemo, quin satis sit compensatio, cum ad pugnam, nisi ex maximis cauissimis, venire non liceat. *Bal. in l. ex hoc. ins. q. de iust. & sur. Ias. ea l. col. 4. Alcia. de sing. cert. cap. 7. Argus. estl. 3. §. fin. de adim. leg. Port. ins. itē quaritur. col. pen. Inst. de loca. Nihilq; inter est, res a te gressæ fuerint, an verba, atq; hæc de primo gradu.*

Qui deinde scquitur, proprius est Mentionis locus. Nam mentiens contra id, quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi. *22. q. 5. Is autem. Diu. Tho. in 2. 2. q. 110. Put. de remil. libr. 6. cap. 15. Ang. in l. qui interrogatus. in prin. de pet. hered.* Mendacium autem improbum est, & vituperio dignum, *Arist. 4. Eth. 7. Cic. pro Mur.* nostrique illud Doctores inter Maleficia adscribunt. *Bar. in l. item apud. § Ait prator. de iniu. Alex. in l. 4. in prin. de lib. & posth-*

posth. Sacra vero pagina, *Mores*, inquit, *hominum mendacium sine honore*. *Ecclesiast. 20.* Nec defuere, qui scriptum reliquerint, *Mentiri seruile vitium esse*, & à cunctis mortali-
bus odio insectandum, atque ut Græco ver-
siculo testatum est, *Inuisum esse cuilibet sa-*
pienti, & probo. Post *Chrysol. in Monostichis.*
Alij *Mentientes id sibi querere*, ut nec vera
dicentibus credatur. *Laert. in vita Arist. Isid.*
desum. bo.lib.2.cap.30. *Boc. de Geneal. Deo-*
rum.lib.14.cap.13. *Gand. de malefic. sub Rub.de*
transact. & pac. col. 2. Alij pro nihilo ab homi-
nibus duci. *Gand. ibidem.* Alij vitam labefac-
tare. In *eisdem Monost.* *Plato acerbius men-*
dacem hominem Bestiis contulit, in *Cratyl.* ut in huiusmodi conueniat illud Prophe-
tæ *Psal. 48. Homo, cum in honore esset, non in-*
tellexit, comparatus est iumentis insipientibus, &
similis factus est illis. Grauissima igitur est ob-
iectio mendacij, perque illam non solum
naturalis amittitur dignitas, ac apud ho-
mines male auditur, sed & animus illico cō-
sternatur, seq; reum magnæ tutitudinis a-
gnoscit. Quā ob rem sapienter quidem meo
iudicio Persæ, cum rerum potirentur, insti-
tuerant, mendacio nullum crimen maius,
mendacij vero exprobratione contumeliam
nullam grauiorem. *Herodot.lib.3.* Esto nunc

post acceptam Mentionis iniuriam tem-
hi pollice proximis digitis interposito , vel
ad simulato crepitu ventris illudere, vel lar-
uatum vultum detegere , num te vltus es?
Minime quidem. Nam eius actus fœditas
conscientiam meam deturbat nihil. Estque
grauior mentitio, licet verbis inferatur, quā
qui sit eo modo contemptus, non alia ratio-
ne, nisi quod gradu Mentitio præst. Ter-
tium ergo iniuriæ gradum scandere oportet,
qui se de Mentione vlcisci velit. Nec
ulla supereft dubitatio, si res prospere cadat.
Ietu enim deletur Mentitio, propterea quod
ictus naturæ dignitate, & corpus manife-
stissime afficiat , quin & ipsam conscienti-
am tum apud te , cuius animus à pristina di-
gnitate iam inde abesse quodammodo inci-
pit, tum apud alios , qui te non ab re pœna
dignum arbitrantur.

Verum ponamus ante oculos. Tu men-
tiri me dicas. Ego pugnum duco , aliudve
tentio eiusmodi , vt te pulsem. Irritus
est conatus. Vindicaui ne me? Existimant
multi me vindicasse ob latam illā regulam
qua dici solet , *Verba factis tolli*. Sed hoc iam
quemadmodum capiendum sit, declarauim-
us. Ex aduerso tamen stat ratio , quam su-
periore capite recensui quod percutientis,

& eius, qui percutere nisus est, idem fuit initium, quamuis dispar exitus. Nec exitus considerari debet, ut qui iniuriam quidem ampliorem, tenuoremve facere possit, sed non illi formam, neque quod aiunt Græci *οὐσίαν*, accommodare. Non enim plaga repræsentat contumeliam, ut Claudius Iureconsultus ait, nec verberari est malum (quamuis sit malum) sed ita, si in contumeliam. *laut facta. §. Qualitate. de pœ.* Alioqui iniurus etiam, & colludens iniuriam facient. Quod secundum esse ipsa Iniuriæ definitio ostendit.

Verum enim uero hac ratione non obstat, ut contrarium puto. Nam mendacij probrum nullo actu, nisi consumato, diluitur. Nec satis est quicunque actus. Oris enim crepitus, & eiusmodi, quæ supra sæpe commemorauit, infra mendacium sunt. Quod pugnum ducere grauius sit, quam ore obstruere, vel personato vultum aperire, concedo, sed eas tamen iniurias gradu non superat. Imo primum æque gradum obtinent omnes. Fateor sane primariis ipsis gradibus alios gradus esse subiectos, qui ex excessu & diversitate distinguuntur, augentque interdum, non nunquam extenuant iniuriam. Quare ducentis pugnum maiore est, quam ore concipiatis, aut laruam auferentis, scudigi-

toss

tos ad alterius fugillationem turpiter impli-
cantis iniuria. Ad contumeliam etenim ac-
cedunt minæ. Quod si vehementiores minæ
adhibitæ fuerint, puta iaciendo telum, in-
iuria ipsa vehementior euadet. Sed nulla
tamen ex his iniurijs primus anteit gradū,
vt supra diximus, nec maius quicquā com-
pensatione facit. Exemplum. Cum nullæ in-
ter nos inimicitiae intercessissent, tu pugno
me petis, vel telum iacis, aut manum inde-
core protendis, fictosve mihi detrahis vul-
tus, aut bucca oppedis. Interrogo, Isne ego
sum, qui tale quid merear? Respondes, Et-
iam: Replico, Mentiris. Cui dubium, quin i-
pse ab omnī me iniuria exemerim, dignitatis
quæ tuæ ciuilem quasi possessionem nactus
fuerim, cū tu meam vix dignitatem leuiter
obtinere cœpisses? Necessè est igitur (quod
iam diximus) progredi, & tertium, atque
vltimum gradum vindictæ ascendere, qui se
de Mentiōne vlcisci studet.

Nec obstanta contraria. Nam dum quisq;
pulsatur, mente deiicitur, ac propriæ digni-
tatis ciuile (vt ita dixerim) spolium patitur.
Sin vero declinet, secus est incolumi manē-
te animo. Præterea te dignum esse poena,
dum rapulas, præsumptio est, quod inde co-
gnoscitur, quia licet probare contrarium. I.
pen.

pen. de in integ. restit. Cœp. conf. 2. col. 3. in ciuilib.
 Præsumptio autem in sola veritate funda-
 tur. Alex. in l. si aliquam. col. 7. num. 19. de ac-
 qui. poss. Quod si te citra verbera dignum
 verberibus præsumere cogitemus, oportet
 ante, nos fingere te verberatum. Sicque in
 fictione fundatur præsumptio, & quod lege
 cauetur, in primis l. Denique ex quibus cœu. ma-
 ior. l. conuenire de pac. dotal. ansa præbetur ad
 nequitiam. Atque insuper duo singularia ex
 eodem fonte manantia concurreunt, Aduer-
 sus l. cum post. S. gener. de iu. dot. Bart. in l. si is. in
 prin. col. pen. de usucap. Alex. in d. l. si aliquam.
 ea. col. Oldr. conf. 79. Fictio videlicet, ac Præ-
 sumptio; & quod restringi debet, odium la-
 xatur, cōtra c. Odia. de regu. iur. in 6. Aurel. Mu-
 tinen. inter responsa Alex. conf. 46. vol. 4. Este-
 nim odium de quoquam præsumere, ut sit
 pœna dignus, & probris. Quod si pulsato te
 istud præsumitur, cur ubi frustra petitus fu-
 eris, non præsumatur oppositum? Maxime
 conieeturam hanc adiuuante alia, qua qui-
 uis bonus, ob idque nulla pœna dignus æsti-
 matur? c. estote. de reg. iur. l. Merito. Pro socio. Sed
 & videtur Deum in nocentia præsto fuisse iu-
 xta illud: Salus iustorum à Domino. Psal. 36. Et
 de manu peccatoris liberabit eos. Psal. 96. Arist. 2.
 Eth. 5. Quod Cicero quoque pro Q. Lig. sen-
 sis-

sisse videtur, cum Cæsar is, atque Pompeii studia conferens ita ait: *Principum dignitas erat pene par, non par fortasse eorum, qui sequebantur; Causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset, nunc melior certe ei iuditanda est, quam etiam Diij adiuerint.* Denique vero sunt quidam actus, quorum initia per se nihil operantur, ut quæ fiant propter finem, & in his finis attenditur. l. Receptum. Communia præd. l. Non intelligitur. §. eum autem. de in. fis. Argu. l. Non videtur cœpisse. de reg. iur. Pugno autem, vel telo aggredi post Mēnitionem acceptam tale quiddam est, propterea quod eo fit animo aggressio, ut omnino feriatur. Ferire ergo omnino necesse est, tanquam hic sit finis, ad quem animus, quod ipsum est principium, tendit.

Atque hæc hactenus; vt in primo dūntaxat gradū locum habere compensationem constet. In altero, quod attinet ad Mēnitionem, vltio locum habet, in reliquis compensationatio, distincta tamen subiectis gradibus, & appendicibus, vt paulò ante disserui. Quo circa maiora in hoc secundō principali gradū flagitia grauioris sunt iniuriæ, vt si quem Parricidam, Proditorem, Impium, Sacrilegium nominauero. Quæ flagitiij genera natu-

ræ

rædecus, & animi integritatem magis perfringunt. Cur vero Mentitio ad vindictam sit apta potissimum, ea est ratio, quod uno, & eodem tempore minoris ponderis iniurias refellit, aduersariumque ad sua ipsius verba comprobâda obstringit. *Ei qui de proba.* Neq; ad id obstricto Mentionem aliam inculcare licet, sicque nulla fit Mentionis compensatio.

Porro in lenioribus eiusdem gradus iniurijs hæc ipsa admittitur. Nam si me Parricidij, ego te eiusdem criminis, siue Proditonis insimulem, & neuter alterum mentiri dicat, in partioneris, probationisque caussam sumus, siue id ita suaserit, *Spec. de accusa. num.* ii. seu propriæ iniuriæ persequutio, *i. Neganda. C. Qui acc. poss.* vel nudæ inscriptioni comparetur. *ea. l. in fi.* aut legis rationem à tribunali procul cessare dicamus. *3. q. 11. cap. 1.* In tertio principali gradu, quæ augent iniuriam appendices, eadem ad vindictam sunt indeæ, non aliam ob rem, quam facinoris atrocitate. Quare ictus fustis vlciscitur pugnum. Fustis ictū vulnus. Nec ictus locum, aut vulneris, nec eorum magnitudinem spego, quoniā milites, ad quorum opinionem hic cum primis libenter abeo, ictus, & vul-

nera solo cruore distinguunt, iniuriamque pendunt magis, quam damnum.

Sub MENTIONE autem omnia omnino verba, quae negant, vel negare possunt, complector, ut si quis respondeat, Verum non est, vera non loqueris: Tum quod paruo discrimine compensatio in vindictam transgredinetur, militari usu praesertim inspecto; Tum quod, vt cunque negetur, sit quedam ceu litis contestatio, Gl. in l. i. C. delit. contestat: & ei, qui prior iniuriam dixit, incumbit onus probandi. d. l. Ei qui is in quem iacta est contumelia, defenditur generali illa præsumptione, qua semper in dubijs de uno quoque meliora speramus. d. c. Estote. d. l. Merito.

Atque hinc intelligent vniuersi meam orationem eo respicere, cum graue aliquid crimen neganti obiectum fuerit. Nisi enim is, qui obiecit, probet, calumniatore efficitur. l. prima. §. 1. ad SC. Turp. l. i. in fi. & ibi Gl. pen. C. de aduoc. diuers. iudicio. Old. conf. 53. col. fi. At si quo in sermone minime iniurioso contingat ab altero responderi, Verum non est, seu Vera non loqueris, horum neutrum vim MENTIONIS habet, quando citra dolum, & fraudem possumus etiam vera non dicere, l. Fundum. §. fi. de eni. idque magis in obscuris. conii-

conisciendum. *l. semper in dubijs. dereg. iur.* Imo ita debemus interpretari, ut qui hac vtitur responsione, de veri studio potius, quam de iniuria cogitet inferenda. Nam, & tacens vera non loquitur: & ipsa tamen taciturnitas iniuriosa non est. *l. Qui tacet. de reg. iur. c. is, qui tacet. ubi gl. eo. tit. in 6. Aug. de vera in-*
nocen. cap. 254. Quodque amplius ducetur, si quis responderit, Mendacium dicis, non tamen iniuriam infert. Nam, vt P. Nigidius vir maxime eruditus aiebat: *inter Mendaci-*
um dicere, & Mentiri distat. Quoniaq; qui menti-
tur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur,
fallitque, quod in se est. Qui vero Mendacium
dicit, ipse fallitur, non ullo modo fallit. Hæc Ni-
gidius autore Gellio, lib. II. cap. II. Noct.
Atticar.

Observanda sunt igitur verba, quæ præ-
curreunt, & sic de sequentibus statuendum,
L Titia. §. I. de verb. ob. §. Præterea. Instit. de inut.
stip. Cur. Iun. in consi. 12. i. col. 8: & negatio in
*dubio, ut neganti expedit, accommodari de-
bet. *l. si quis intentione. ff. de iud.* Quamobrem
si quis atroci crimine incusatus responderit,
Verum non est, seu vera non dicis, tum id lo-
coMentionis accipiendum est, eo quod su-
um pudorem excusare volenti ita utilius sit.
Porro cum nominatum excipitur, Tu men-
*tiris,**

titis, omnis cessat quæstio, neque enim sine fallendi voluntate mentiri aliquis potest, ut mox tradidimus. Ideo semper iniuriosa est Mentitio, quamquam adjectiatur Aëstimatiōne tua salua, vel Quod pacetua, seu Bonacum venia dixerim. Bar. & Albe. in l. si quis extraneus. de acqui. heredit. Dec. cons. 686. & 487. col. 2. Neque tamen nescius sum in eam sententiam ire Iurisprudentes, Bar. Ang. Alb. & Pau. in l. Quæomnia. §. 1. de procu. Alexi. in l. 3. in prin. col. 2. de lib. & posib. Fely. in or. Dilecti filij. col. 1. de except. Soc. nepos præceptor meus in cons. 122. col. 3. & in cons. sequent. vol. 3. ut quis con uitio lacessitus responderet Mentiris, iniuriam quidem non afferat, sed explodat. Quomodo ergo plena est iniuriæ Mentitio, semper? Nimirum, quæ nulla præcurrente provocatio Mentitio ingeritur, illa iniuriosa est, & iniuriæ caput; potestque, perinde ac reliquæ verborum iniuria, contraria. Mentitione retundi. Quæ vero acceptam contumeliam Mentitio sequitur, hæc tutela est, & propulsatio, non offendio. Ita loquiuntur Doctores. Quis autem non videt in ultima facti specie verborum ignominiam perinde amouerit, si respondeatur, Verum non est, seu verum non dieis, atque si exciperetur Mentiris? Ego sane, quid inter hos sermones

mones intersit, non video, ni vocibus, quam rebus legem dare malimus, *contra l. 3. §. conditio. de adim. lega. l. 2. C. de consti. pec. Old. conf. 253. col. 1.* Quacunque enim orationis forma negetur, de vitanda iniuria cogitatur. *d. l. 1. C. de lit. contest. l. si quis mihi. §. si pater. de acq. hered. l. 1. § si quis ita. de verb. obl.* Quare, & si quis exprobratē sibi crimen A veritate abesse responderit, quanquā ad firmatiuis verbis vtatur, videaturque ex eo moderatius agere, negasse tamen, & obiectum probrum, non secus ac Mentitione, diluisse existimandus est. *Alex. in l. inter stip. in pr. eo. ti. Old. conf. 6. in 1. rat.* Tāetsi ex facto diuersis olim rationibus contrariū, respondi, Legem Lucensis Resp. prætorianis suis hāc statuit, vt qui Mētiri aliū dixerit, reus sit ipse Mēdacijs. Euenit, vt Prætorianus quidam adscriptū sibi commilitonis sui crimē prōderet Ille abesse à veritate Prætorianū respondit. Et nihil tū amplius. Inde ad breuissimū tempus impetrata missione Prætorianus ad me venit, remq; omnem ex posuit. Vt se mentitione tueretur, meum fuit consilium. Neq; enim aduersante SC. crediderit quispiam Commilitonem ea mente abnuisse, vt in se ipsum Mentitionem reflecteret. *Alcia. de pref. reg. 31. pref. 32. Doct. in l. her. mei. §. cum ita. ad SC. Treb.* Ergo intē,

integrum fuit meo clienti hanc sedem, ut vacuam, prius occupare. Atque ita plane sentio. Quod autem dicitur Mentionem, quā nulla criminatio præxit, esse caput iniuriæ, ad id genus Mentionis, quod inconsulte, ac temere effunditur, meo quidem animo restringi debet. Estque noua, aut forte ab aliis nondum sic posita declaratio. Nam à præsumpta calumnia vuumquodque indicium etiamsi sumeretur ex teste, cuius apud bonos, & graues viros onerata sit opinio, excusat. Ias. conf. 2. in ult. par. vol. I. & in l. I. ad fin. in antiqu. lectu. C. de sum. Tri. & fid. cath. Et hoc item ex facto quandoque respondi.

C A P. VII I.

De mediis Reconciliationis, sive de pacificandiratione.

Am inde ab initio dixi, quos conciliare velis, eos ad æqualitatem redigi oportere. Nunc opus esse subijcio, ut ea in re non pauca considerentur. Atque hæc appello Media, quibus reuertimur ad Pacem. Nam ad extrema discessum fuit, cum hinc illata, inde accepta iniuria (quemadmodum diximus Aristo-

ristoralem scripsisse) §. Eth. vlt. alter plus medio, alter minus habere cœpit. Medium igitur ipsum rursus appetendum. Atque in primis conuenit adhiberi Pacificatorem, (hunc Medium nominatim Liuius appellat) Dec. 1. lib. 2. æquum, integrum, ab omni studio solutū, cui partes tuto se credere possint. l. Societatem mecum. §. fi. & l. in proposito. pro socio. Spec. de arb. §. 1. ver. Arbitrator. Qua enim ratione iniquus qui sit, alios æquabit? Mediator non est vnius, ut ait Paulus. Ad Gal. 3. & ibi Haymo circafi. Deinde oportet, ut de quorum pace tractatur, in æqualitatem conuenire queant. Nam qui socij vitæ non sunt, parendique vicissim, & impe-
zandi facultatem non habent, sicut iniuriā minus propriæ patiuntur, ac faciunt, ita nec propriæ reconciliantur. Arist. 5. Eth. 6. Quocirca subiectus Principi, clero profanus, is, qui sanæ sit mentis, furioso, seruo liber, patenti filius, Tribuno miles, auditori magister, infans iuueni, mulier viro, & (quod hominum æqualitatē maxime repugnat) Xenoph. de Cyri Pedia lib 2. ignauo fortis nunquam rite pacificabitur. Placari hi tantum, & ad quandam pacis similitudinem, atque concordiam reduci poterunt. Bal. ad Spec. de treu. & pa. Alex. in l. 1. col. 2. ibi. Fulg. hic dicit. Sub ff. de past.

Subinde, quia in causa ius est positum l. si ex
plagis. §. in clino. ad l. Aquil. l. si is. de excu. tuto. l.
prator edixit. in prin. de iniu. debet causa ipsa,
id est, iniuria æque proponi. Nam si quid al-
tera pars dissimulet, inficieturve, nullus erit
modus, nulla ratio, qua sic discrepantes ex
æquo coniungantur. Diversa enim & con-
traria negocia diversis, & contrariis finibus
terminari necesse est. Spec. de aduoca. in prin.
col. 2. ver. In summa, num. 6. Quam ob rem pa-
rum quoque fuerit causam proponi æqua-
liter, nisi eadem simpliciter proponatur. Nō
quale ego exemplum scimus vidi. Ferebatur
aliquis dubia luce in alium inuasisse, & pri-
mo quidem abnuere, mox fateri iis verbis:
Vera dicere aduersarium, dum id querere-
tur: Mentiri reliquos, qui dicerent. Qua-
nam hæc repugnantia? Num idem verum, &
falsum? Adeonec quisquam Pacificator pru-
dens atque consultus, ut in re eiusmodi lo-
cū æqualitati inueniat? Finge enim post ini-
tam reconciliationem aduentare extrane-
um, qui id asseueret, nonne alter pro extra-
neo stabit, alter contra? Vitandæ sunt igitur
hæc tricæ verborum, in quibus latet plerun-
que fraus, c. Sollicitudinem. de app. & manife-
sta sit loquentis inscitia. 93. dist. legimus Nec
incepit is, qui iniuriam passus esse credeba-

TUL.

tur, adiecisset: Me quoque palam pacatum, clam hostem (postquam apud me vnum, apud aliosvis aliud) experieris. Hæc vbi de personis, reque ipsa Pacifator aduerterit, cogitabit insuper ab iniuriæ autore priuatam, publicamque disciplinam perinde violentam fuisse. Arg. l. Locatio. alias Licitatio. §. quod illicite. de publica. Natta de pulch. lib. 4. Alteram, dum vitæ socium offendit. Arg. l. Congruit. in prin. de off. præsid. Alteram, dum Vrbis statum perturbauit, sibique ipse ius dixit. Gl. in l. fin. C. Quando lic. unicuique sine iud. se vind. Quo circa interrogatus Solon, qui fieri posset, ut quam minimnm iniuriarum existeret inter homines? Si inquit, qui iniuria affecti non sunt, aque doleant, atque hi, qui affecti sunt. Cor. in Apophth. non oblige innuens, quod quisquis re, verbove in alium inuehitur, non vnum ciuem laedit, sed totam (quod in se est) Rem publicam.

Huius ergo duplicitis disciplinæ, quo cuncta ad æqualitatem redigantur, in pacis restitutione habenda est ratio. Cit. de off. 2. vlciscamurque eos qui nocere nobis conati sunt, tandemque poena afficiamus, quantum equitas, humanitasque patitur. Vlcisci siquidem, & Humanitas, priuatam respiciunt utilitatem, Poena & Equitas publicam. Et publice quidem inter-
est

est eius, qui lacestierit, deteriorem fieri conditionem, ut & ipse ne quid tale posthac committat, & cæteri sint ad iniuriam tardiores. l. Aut facta. §. si. de pœl. si operis. C. eo. Cic. de off. I. ibi Est. n. ulciscendi, & puniendi modus. Priuatim vero consulitur, cum læsis, velut compensationis loco, tutior, & potior adjudicatur pars. l. fin. §. pen. C. de fur. l. secundum naturam. de reg. iu. Atque hinc, si quid forte plus, minusve in Pace, quam conuenire videatur, alter habuerit, id ne alienum ab æqualitate iudicemus; præscriptæ rationes suadent, quarum si cesset altera (cessat autem nonnunquam, vt suo loco reddemus, Cap. 14.) omne simul æqualitatis dubium cessat. Posthæc vero generalia, ipsa iniuriæ definitio, signaque, & gradus sunt capiendi. Nec ob id, quod signa multa, & in plures gradus distincta fuerint, seorsum tamen vnicuique est prouidendum. Sed illud satis, si graviori adhibitum remedium fuerit. Glo. in l. qui de crimin. in ver. Plurima. C. de accusa. Angel. de malef. in ver. Fecit insultum. num. 2. Text. & Bar. in l. illud. §. si. ff. ad l. Aquil. & in l. Quoniam. C. ad l. Iul. de vi pub. Quo id (si placet) periclitemur hoc exemplo. Conuicium, verbena, vulnus intulisti mihi, nonne in Pace resarcienda, quo leuamento vulnus, eodem con-

conuicium, & verbera curabuntur? Coniungendæ sane sunt iniuriæ, vbi plures extiterunt, & quibus artibus maior extinguitur, iisdem & minor. Argu. l. si fratres. §. si plures. Pro socio. l. Prator. §. simil. de iniu. Nā quod attinet ad minorem, plus agitur, magis quam aliud, l. is, cui. in prin. Quemadmo. ser. amitt. & quod pluris est, vtique tanti est. l. cum furti. de in lit. iniur. At quomodo iniuriæ definitio, atque significatio, & gradus hac in re ponderantur? Nimirum per opposita, & (vt translato Aristotelis verbo utar) per Repassionem, quæ in iniuriis æquali, & socio vitæ illatis per quam iusta est. §. Eth. §. Diu. Tho. in L. 2. q. 61. ad fin. Definitio ergo sic obuertetur, Iniuria est prava significatio. Remedium, quod rectum sit, adhibebitur. Ea per sensum declarata fuit. Per sensum item Pax declarabitur, ita vt sermoni sermo, res rebus respondeat. Ab animo iniuria venit, inde etiam fluet Reconciliatio. Sponte illa, hæc quoque sponte. Et talia quidem ex parte eius, qui iniuriam fecit, requiruntur.

At è diuerso, quemadmodum is, qui iniuriam passus est, sensu illam, & animo accepit, eisdem sic nuncijs pacificandi rationem accipiat necesse est. Quapropter quid ad sensum pertinet, audire hunc, siue, conspicere, &

& saltem per procuratorem adesse omnino oportet. Longe secus, ac aduersario liceat, Neque enim potest iniuriæ princeps (si tertio gradu offendit, offendere conatus est) Procuratorem ad pacem constituere. Arg. l. pen. §. I. de pub. iud. Gl. int. seruum. §. publice. de procu. Cuius rei causa non multo post dilucida fiet, sed pauca ante dicenda sunt.

Opus est ergo insuper, ut si forte is, in quæ collata est iniuria, Pacis tempore sardus fuerit, res ei per libellum declaretur, quem vel ipse per se, si gnarus fuerit legendi, placeatque, vel si id minus, per alium, cuius fidem sequatur, legat. Aut certe nutu, gestibusque supplendum. Si captus oculis fuerit, omne illi consilium pacis narrari, & cotam autor iniuriæ sisti (si eius sit necessaria præsentia) ita ut à cæco tangi possit, debet. Sin vero negotium per procuratorem expediri queat, sat ista cæco fuerit audire mandati formam, nec in eo decipi. Quod si alio corporis vitio iniuriam passum laborare contingat, puta quia manibus æger, simusque in iis casibus, quibus Repassionis periculum is, qui re offenderat, subi: adhibendus aliquis erit, qui ægroti fungatur officio, si quomodo in hostis personam ex lege Pacis animaduertere velit. Ac singula quidem gradatim tollenda sunt

sunt impedimenta, quibus liber non est sensus.

Quam ob rem in eiusdem Repassionis casibus, quorum modo meminimus, omnes omnino remouendæ sunt cauſſæ, quibus is, cui restituitur pudor, iure suo timidius vteretur. Locusque in primis tutus, & ab omni suspicione vacuus esse debet. Dein nullus accersendus potentior, que in vel futurum sibi patronum is, à quo dedecus illatum fuerit, speret, vel is, à quo suscepturn, veneretur, ac reformidet. Quin hunc oportet subiectum sibi aduersarium prorsus habere, ut manus in illum (si voluerit) adferre possit, tanta que pœna afficere, quantum mos fœderis patitur. Stetque solus, qui se subiicit, ac intermis coram armato, & multis si placuerit, sociis stipato. Nec impunitas ante ullo modo promissa sit. Namque hic potissimum publicæ disciplinæ ratio nititur, ob idque nullus constitui procurator potest, ne ex alterius delicto alter det pœnas. *Contra l. sancimus. C. de pœ. arg. l. si pœna. ff. eod.* Et quod attinet ad ius priuatum, resarciri mihi damnum ab eo, qui non læsit, nec potest, nec debet. *Arg. l. Manumissiones. de iust. & iu. l. i. §. i. de remissio.* Cumque (ut assidue ratiocinamur) in huiusmodi iniuriis vitandum sit præc-

Pue, ne quid impedit, quo minus is, qui iniuria prouocatus fuerat, sensu omnino libero æquam prouocatori vicem rependere possit, quidnam obsecro magis impedit, quam ipsa prouocatoris absentia? Atq; hæc de sensu.

Animum vero, quem sibi sensus coniunxit in perferenda iniuria, dicimus vna cum sensu redintegrationem quoque Pacis accipere debere. Quam ob rem illud ab eo potissimum cognosci oportet, quæ fiunt omnia, iccirco fieri, vt in pristinam æqualitatem cum aduersario redeat, seque nunc eidem aduersario præstare, ac omni submota calliditate versam esse vicem, vt qui intulit, sufferat, qui fecit, patiatur. Quocirca cum ille in iniuria passus sit, & acceperit, nunc agit, & infert in Pace. Hocque distat vnum ab altero, quod quamvis animus iniuriæ nō consenserit, consentiat tamen Paci necesse est, & quanquam inuitus pertulit, sponte tamen, & libens faciat. *In totum enim (vt Papinianus ait, Reg. in totum. in fin. Omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera, & certa scientia perfici possunt. Paxque præsertim voluntaria debet esse, alioqui non est vera Pax, vt huius operis secundo capite commorauimus. Et adiici argumentum posset,* quo-

quoniā ut omnia sint æqualia in Pace, æquales etiam animos esse consentaneū est. Ac de definitione quidem, quemadmodum convertatur, iam satis.

Quod spectat ad signa, nihil tam naturale est, quam eodem genere quodque dissolue-re, quo colligatum est, l. *Nihil tam naturale.* ff. de reg. iur. c. omnis. extra eod. c. 3. &c. verum de baptis. Glos. in ver. Necesitate. Instit. de oblig. in prin. Arist. Physic. 1. & 9. Eth. 3. Et quibus-
cunque modis obligamur, iisdem fere in cō-
trarium actis liberamur. l. Prout. de sol. l. Au-
tor. in prin. de testa. tu. Verumque est, neque
paæta, neque stipulationes factum posse tol-
lere, ut factum non sit l. verum est. de reg. iur.
Perspicuum ergo est, prout quæque iniuria
re, aut verbis contracta fuerit, ita illam re,
aut verbis dissoluendam fore. Ceterum huic
pronunciatio Vindictæ gradus, quos non mi-
nus expendi debere diximus, accommodan-
di sunt. Nam qui vlciscitur gradus, idem ad
Pacem restituendam vim habet. Eo tamen
discrimine, ut sola nocendi facultas in Pace,
damno ipsi, quod affert vindicta, compare-
tur. Nec absurde. Nam animus vindictæ
cupidus, quod non possit, non exequitur.
Pacis vero studiosus sese sponte continet. A-
risto. 6. Eth. 11. Val. Max. lib. 6. cap. 5. in fin. 2.

exempli. Quæ est vera clementia (ut Seneca definiuit. De clemen ad Ner. lib. 2. animi scilicet temperantia in potestate vlciscendi. Et ut præclare Bias unus ex septem sapientibus, apud Auson.

*Quod prudentis opus? Cum possit, nolle nocere,
Quid stulti proprium? Non posse, & velle nocere.*

Quam sententiam Cicero, pro Quintio. his explicauit verbis: Iugulare ciuem, ne iure quidem quisquam bonus vult. Mauct enim commemorare, se cum posset perdere, pepercisse, quam cum parcere potuerit, perdidisse. Iuucnalis vero, lib. 4. Sat. 1.

*Qui volunt occidere quenquam,
Posse volunt. Et apud Ouidium Medea in He-
roid.*

*Perdere posse sat est, si quem iuuat ipsa potestas,
Sed tibi seruata gloria maior ero.*

*Exstatque Pittaci, quem in eodem numero sapientum habuit Græcia, memorandum in hac re exemplum, cuius filium Cumis intonstrina sedentem cum Faber quidam ærarius impacta securi occidisset, Cumani homicidam vincitum ad patrem misere. At ille, Melius est, inquit; ignoscere, quam punire, sique Fabro condonauit iniuriam. Vide Schol. nostra num. 15 8. Rarum Ethnici, maximeque admirabile facinus, quo quid maius Chri-
stia-*

stianus præstet; Enimuero (quod ait Polybius, lib. 5. Benignitate, atque clementia hostem superare, quam armis excelsius est. Et autore Valerio, lib. 4. cap. 2. Speciosus iniuria beneficijs vincuntur, quā mutui odij pertinacia pensantur. Atq; hæc est ratio differentiæ, cur idē gradus aliter cōciliat, aliter vlciscatur, Verissimūq; esse, quod diximus, cernitur, quoties multæ simul inculcatæ sunt iniuriæ, sufficere, si maiori mendicamen adhibeatur. Nam ut gradus superior inferiore in sub se ad vlciscendū habet, ita & ad Pacem faciendam. Quocirca nulla à nobis iniuriæ species, quæ resimul, & verbis inferatur, admista est.

Ex his autem gradibus cognoscitur, etiam quædam facta sic esse levia, ut verbis in Pace non minus, ac in iniuria, compensentur. Quapropter si quis digitos ad alterius contumeliam proterue complicauerit, personave illum exuerit, cum ventum fuerit ad reconciliationem, sat erit excusatorio aliquo, & honorifico sermone iniuriam illam reuellere, seque corrigere. Quis vero modus, ubi frustra me telo, aut manu petiuiisti? hancine iniuriam verbis Pacifator diluet? Et videtur quidem ex præscriptis argumentis, cum talis iniuria primum gradum non excat. Sed contrarium verius. Oportet enim

iniuriæ autorem se credere aduersario, quem tertio gradu offendere cogitauit, licet hæserit in primo. Conatus siquidem ipse atrociorum hanc præ cæteris eiusdem gradus iniuriam fecit. Quare obuertendo (ut fieri debere ostendi) idem periculum subeat is, qui iniuriam intulit, in pace, quod alteri in iniuria moliebatur, necesse est. Atque hinc apparet (quod item supra dixi) nullam impunitatis fidem dari debuisse, Rerumque esse vicissitudinem, ut is sufferat, qui intulit; qui fecit, patiatur. **Quod si** contingat illum, à quo cæpta est iniuria, vi Pacis repungi, disciplinæ id publicæ tribuendum erit. **Qua vis est enim** (ut ait Cicero Paradox. 3.) **qua magis arrebat homines ab omni improbitate, quam si senserint nullum in delictis esse discrimen?** Et ut Plato, II. de legib. Pœnis maligni vexantur, non quia peccauerint, nam quod factum est, infectum esse non potest) sed ut deinceps & peccatores ipsi, & qui puniri iniquitates viderint, iniustitiam odio habeat, aut saltem minus in simili vitio peccent. Idemque alibi, in Gorgia Conuenit, inquit, ut qui plectitur, ab alio recte puniente, melior fiat, & utilitatem capiat; aut exemplo cæteris sit, quo videntes alij male affectum premetu reddantur meliores. Tuncque præsertim (ut Claudio Iureconsultus monuit). Aut facta.

in:

*inſi. de pœ. cum nimium multis graſſantibus
exemplo opus eſt. Quare & Gellius Noct. Att.
lib. 6. cap. 14. Acerbitas plerumque ulciscendi
maleſiciſ bene, atque caute viuendi disciplina eſt.*

Atque hæ ſunt duæ illæ cauſſæ puniendi à
Platone animaduersæ, Νοτιοια, καὶ τὸ δόδι-
γμα, id eſt Commonitio, & Exemplum, qui-
bus ſi tertiam de mente aliorum Philoſo-
phorum addere libet, poſſumus, Τιμωνία
ſcilicet, quod eſt ſupplicium in honorem
magistratus adhibitum Gell. eo. loco. His ac-
cedit argumentum à iuris ciuilis penu de-
promptum. Sicut enim qui ſeruum alienum,
ut corrumperet, ſollicitauit, quamuis nullas
ſequatur effectus, ſerui tamen corrupti acti-
one tenetur: §. Vnde illud. Inſtit. de oblig. qua
ex deli. naſ. ſic qui in alterum irruit, ut cæde-
ret, tametsi non cæciderit, puniri omnino
debet, ne ex tali impunitate eiusmodi faci-
nus ab aliis haudquaquam inaniter perten-
tetur. Quæ eſt ratio in lege nominatim ſcri-
pta. Doct. ad Bart. in l. damus. in ver. Noceat.
C. ad l. Cor. defalsis. Marſil. eleganter in l. Qui
falsam. num. 10. cum duob. seq. ff. eod.

At quæret aliquis, cum ſolus conatus,
tam dure corrigatur, effectui quæ poena ſat-
erit? Ultimum certe ſupplicium. Hic ego
non diſſimulo ſumnum hanc eſſe coercen-

di speciem, atque rationem. Sed idem consilium ad alterius perniciem instructum, eodemque animo, & impetu significatum, cur non itidem puniatur? Voluntatis quidem modus prestari potest, casus ictus non potest: *Gell. lib. 20. c. 1.* Et iacere telum voluntatis est, ferire fortunæ. *Cic. in. Top.* Voluntas ergo ipsa cohibenda. Neque enim (ut saepe dixi) fortuna dat formam iniuriæ. *d.l. Aut fa-
cta §. Euentus l. cogitationis. & ibi gl. de pœ. l. i. in-
fi. ad. l. Pomp. de par. l. is, qui. C. ad l. Cor. de sic. Glo.
in c. i. de presump. Gand. de malefi. sub Rub. de
pœ. reo. in 1. & 2. col.* Cumque omnis iniuriæ significatio in contrarium significationem Pacis tempore commutetur, sicut is, qui frustra nocere conatus est, cum iniuriam intulit, si potuisset, nocuisse, sic alter debet ex aduerso, ubi traducitur ad Pacem, posse nocere. Facultas autem voluntate nocendi vacua in pace, damno, quod ab iniuria profectum sit, comparatur. Atque hinc intelligere licet, quam præclarum de illis sit, qui se nobis in pace subjiciunt, bene meteri, & quod optimus Poetarum cecinit, *Aen. 6. Par-
cere subiectis*, postquam vltionis acerbitate nil amplius adipiscimur.

Sunt tamen quædam officia aduersus istos etiam seruanda, ita ut, quod Adagio fertur,

tur, *Ne quid nimis.* Ter. in *And.* Impunitas enim ad deteriora semper inuitat. *Plut. in Rom. Apoph.* Et si res agitur cum prauis hominibus, verum illud plerunque euenit: *Qui iniuriam fert veterem, nouam accersit.* *Pub. Mim. in vet. Poet. senten.* Atque ut Cic. *Pro Mil.* Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi. Expedit ergo Reipub. & singulis, iniuriæ autrem, cum Paci restituitur, in discrimen vocari, ac duobus præsertim casibus plecti: Altero, cum iactantior est, atque verbosior, ne glorietur se ex compoſito aduenisse securum aliaque eiusmodi prædicet, ac in vulgus effutiat obliqua, & permolesta. *Arist. 4. Eth. 7.* Altero, cum nocturno tempore, clamve aliter grassatus fuit, quoniam qui magis occulte procedunt, ac insidias faciunt, iij sunt iniustiores. *Idem 7. Eth. 7.*

Admonendi autem sumus, Repaſſionem, quæ pro iniurijs facti in pace contingit, neutra ex parte iniuriam esse. Nam qui referit, iure suo vtitur, qui referit, consentit. l. 1. §. usque adeo. l. iniuriarum. §. 1. de iniu. Cautat tamen referiens, ne modum prætergrediatur. l. sed et si. §. Prætor ait. ubi Bar. eo. rit. Glo. in l. pen. ad fi. de arb. Doct. in l. uni. C. Ne quis in sua cauſa iudi. & in l. 2. C. de dot. promis. Caſtren. in l. Centesimis. §. fi. de verb. oblig. Ang. de male-

fic. in ver. contra voluntatem. col. 2. Neque enim vulnerandi, occidendi, aut crudeliter quicquam faciendi ius habet, ut suo loco latius pertractabimus. Hanc vero lenitatem indulgeri sibi maioribus in causis is, qui fecit iniuriam, cogitet pro eo discrimine, quod suo forte iudicio nimis graue subit in causis leuioribus. Naturale est enim ut damnis commoda, & commodis damna compensentur *l. eum qui de iure iur.* Ac illud mea quidem sententia permagnum est iniurias facti omnes, vel maxime graues, ope tolli Remissionis. Iam etenim remotiora nomina sunt exuenda, & propinquas, ac praesentibus utendum. *Quoniam (ut ait Hilarius. c. intelligentia. de verb. sign.) non sermopi res, sed rei sermo subiectus est.* Dari autem veniam mihi peto, si noua in re, ac proprie militari, nouo vocabulo, & ad multitudinem militum accommodato. Poterā, siquidem usurpare Talionē, sed obscurius, nec omnino significanter. Repassio Græcis melius sonat, quam latinis. Restitutio latissime paret, magisque distat à sensu. Nullum ex his cadit in consuetudinem nostram. Sicque alia pleraq; nomina, quæ excogitari potuissent. Remissionem igitur appellabo iam libere, deque ea proprium caput subiiciam, ne cum sit materia insignis

videat.

videatur pene neglecta. l. item apud. §. ait prætor, ne quid de iniu.

C A P. IX.

*Remissio quid, curque ita
vocata.*

REMISSIO est fictio super iniuriis equitatis causa inducta, factum quod est, ut sit inferatum. Fictio inquam, quod facta quæ sunt, nullo modo contingat facta non esse. In bello. §. Factæ. de cap. Et postli. reuer. 32. q. 5. § Paulus. Bart. In l. non dubium. col. 4. C. de legib. Arist. 6. Eth. 2. Chrysost. de sacerdotio, lib. 1. cap. 4. in fin. Quod Græco versu testatus est Phocylides.

Οὐκ ἐν γῷ διώσατε τὸ τελευτήμα τοῖναι αὐτοῖς.
Et Agatho in Tragœdiis,
Μόνοι γῷ αὐτῷ καὶ Θεός σεριπτοί.
Αὐτόν τε ποιεῖ, αὐτος αὐτῷ πεπεραγμένα.

Vtque alias diximus, fictio proprie contra veritatem inducitur. Gl. in l. vni. §. accedit. C. de rei ux. actio. Et in c. 2. de arb. in. 6. Gand. de malef. sub Rub. de presump. Et indi. dub. col. 6. num. 13. Ab. conf. 71. num. 8. vol. i. Alex. conf. 158. col. fin. lib. 2. Super iniuriis inquam gratia differentiæ, quo hæc fictio, ab aliis dignosca-

tur.

tur. Addo Aequitatis caussa inducta, quia si ne æquitate fictio non consistit. l. Denique. ex quib. caussis maio. Hæc autem æquitas in secundandis ciuilibus odijs lucet ipsa per se. l. Æquissimum. de usufr. Quo circa Plato, delegib. I. Melior est, inquit, iudex, qui reconciliatis leges conscribit, quibus inter se perpetuo amici futuri sint, quiq; tumultus urbis componere studet, quam is, qui leges ad bellum, & illud externum dare meditatur.

Sequitur definitio. Factum quod est, ut sic infectum, id est ut is, qui iniuriam passus est, ab iniuria vindicetur, non quidem fingendo directe (ut Alciati magistri mei doctissimi, atque eloquentissimi, cuius recordationi plurimum debeo, verbis utar, de presumpt. in I. par. n. 8) super facto impossibili, videlicet iniuria non esse facta, sed illud presupponendo, id est ut perinde estimemus, ac si facta non fuisset. Neque enim aliter fingi aliquando potest. Nihil itaque noui Remissio inducit, sed agit id solum, ut partes in eum statum, unde illas exturbauerant iniuria, reponat. Is autem status erat integer, & dignitatis plenus. Ergo per Remissionem sua cuique dignitas ex integrō restituitur, Argu. eius quod Bart. nor. in q. sua 9. Iudex per imperitiam. num. 3. ver. quarto probatur sic. Aliquid non esse ab initio. Facit

cit l. 2. in si. si ex nox. caussa aga. l. eum. §. si. de in off.
test. l. si maritus. C. eo. l. Dominus fructuario. de u-
sufr. Nec alter alteri præstat, conceditve.
Nam si quid deterius constitui appetet, id
totum (ut ante dixi) ad communem utilita-
tem referri decet. Facti præterea mentionem
habui, quod in solo facto fundari fictio pos-
sit, quemadmodum Bartolus egregie docu-
it in d. l. verum est. de reg. iur. & in d. l. Non du-
bium. C. de legib. Ex quo inoleuit consuetu-
do, ut illis duntaxat iniuriis, quæ re, ac facto
collatae sunt, huiusmodi remedio succurra-
tur, tanquam verum sit illud Plauti in Trucul.
Stultus es, Qui facta infecta facere verbis po-
stules.

Cum vero dictum sit à nobis Remissio-
nem esse fictionem, magna oritur dubitatio:
Nec enim aliquatenus constat eam esse le-
gis inuentum; Quare sequitur, ut sit fictio
hominis. Homo autem iuris regulis fingere
prohibetur. l. & si forte. de Castr. pec. Bart. in
l. si is, qui in 1. q. de usuc. Quid dicendum? Re-
spondeo Veram esse iuris regulam, ac con-
stere, sed integrum tamen esse homini, ut fin-
gat in his, quæ nemini nocet Guarn. post Crot.
in Rub. de verb. sig. q. 16. col. pen. ver. Non ob. se-
cundum. Quanto itaque magis, si prosint v-
niuersis, cuiusmodi est Pax, & Reconcilia-
tio,

tio, quæque ad statum vrbis, & ad æquahitatem ciuium conseruandam, siue restituendam pertinet omnia? Ex eo sane, quod diximus partes in pristinum statum reponi, (Remittere id passim nunc Itali vocant) Remissionis nomen, ut mea fert opinio, descendit. Neque enim assentior vel iis, qui censent Remissionem inde dictam, quod iniuria remittatur id est concedatur, atque dimittatur iniurianti. Quo significatu Vatinus ad Ciceronem, *Famil. 5. Meam*, inquit, animaduersionem & supplicium, quo usurus eram in eum, quem capissem, remitto tibi, & condono. Laetantiusque: *Duo remittimus ultianem.* Vel ijs, qui more magis vulgari interpretantur Remissionem pro submissione, suique ipsius in potestatem alterius concessionem. Illa namque opinio nimis communi ratione nititur, cum in omnis generis reconciliationibus condonetur iniuria. Hæc parum Etymologiæ respondet. Remissio enim, ut est composita, iteratum actum notat. l. 3. §. Reficere. de iti. actuque pri. l. Plus est. & gl. Restituere. de verb. signi. l. fi. ubi Alcia. eo. tit. Bar. in l. De pupillo. §. si quis riuos. de op. no. nunc. Quod est superfluum in huiusmodi interpretatione, quia is, à quo iniuria accepta est, nunquam se hostis voluntati permisit (ceterum iniuria non. fit

CON-

consentienti, ut s^epe dixi) nec contra iniurians se vnuquam tradidit aduersario. Sese ergo nunc tradens primum exercet actum, quoniam primum non illud tantum, quod ante aliquid est, sed etiam illud, ante quod nihil sit, intelligitur, vt Iurisprudens Africanus perlepide exposuit. *lex duobus in princ. de vulga. & pup.* Verum postquam Præpositio illa, ex quā componitur Remissio, non semper denotat eius, quod fit, repetitionem, imo plerunq; aliud significat, *Bar. in rub. sol. matr. maternaq; lingua quotidie dicimus Remittere se in alium, qui se illi vtcunque credit,* tanquam de manu sua in alterius manum se transferat, *Ecclesiasti. i 5. ad solidiorem aliam oppositionem transeo.* Iniurians solus se hosti dedit, & vt loquar de more vulgi, se remittit. Cui placet igitur, vt hinc Remissio deducatur, ei ab altera partium, atque adeo ab infirmiore nomen imponit, alteram, & quæ præstantior est, negligit. *Contra l. Quaeritur. de sta. homi. Por. Instit. Quib. more contra ob. in prin. in l. not. Docto. in l. imperium. de iurisd. om. iud.* Nonne autem melius, si comode id fieri potest, ambas amplecti? Ita prorsus: Et hoc præstat declaratio nostra, *Quam tamen non deerint fortasse, qui arguant, quod & ipsa nimis late pateat, cum in*

in cunctis reconciliationibus partes ad pri-
mum statum redigantur. Sed his ego respon-
deo, non esse absurdum, ut unum, idemque
nomen commune sit, ac proprium, quemad-
modum videmus iniure ciuili de Adoptione,
l. 1. de adop. Manumissione, l. 2. de off. procons.
Et lega. atque Nouatione, l. 1. de noua. & in
Pontificio de Consuetudine. 1. dist. Consuetu-
do. in fin. Præsertim cum nomen ipsum ad id,
quod dignius, & frequentius est, se contra-
hit. Gol. Et Doct. in Rub. si cer. pet. Et in l. certi. in
princ. eo. tit. Quæ figura loquendi Antono-
*masia vocatur, siue per excellentiam, *Alcia.**
de verb. sig. lib. 4. puta cum Frumentum pro
*Triticō, l. Frugem. §. 1. Et ibi *Alcia. de verb. sign.**
Vrbem absolute pro Roma, l. pen. de Senato. ff.
*Et C. de offi. pref. Vrb. Idem *Alcia. in l. 2. in prin.**
de verb. sign. ius Ciuale simpliciter pro iure
Quiritum dicimus. §. sed quoties. Instit. de ius.
nat. gen. Et ciui. Sic verbum est omnis omnino
dictio, atq; idē restringitur ad nobilissimam,
summeque necessariam partem orationis.
Arist. περὶ ἐγμ. γ. Diom. de arte Gram. lib. 1. Isido.
1. Etymol. 8. Sic cum omnis sententia En-
thymema dicitur, quia videtur ea, quæ ex
contrariis conficiatur, acutissima, sola no-
nomen commune possidet. Cic. in Top. Quod
ergo Remissionis nobilius sit, atque vſita-
tius

tius remedium, proprio vocabulo, quod est alioqui commune cunctis reconciliacionibus, nominatur.

C. A. P. X.

*Ipsam Remissionem nobiliorem, sa-
pius q; ceteris omnibus usurpatam,
que in Pacificationibus
obtingunt.*

Cleobolum, qui enumeratur inter septem sapientes, solitum fuisse dicere accepimus: Ne cui miniteris, est enim muliebre. Vide Schol. nostra. num. 187. Homerus vero, quem ut in aliis excellit, ita in hoc quoque oculatissimum fuisse apparet: qui inquit,

Ἐν γδ̄ χερσὶ τέλοι πολέμου ἐπέωνδ' οὐδὲ βγλῆ.
Τῷ δὲ πηχεῖ μῆτον εφέλλειν, αὐλὰ μαίζεσθ.

Et Maro noster, qui Homero proximus, aut certe parest, de Ligeris, & Aeneas pugna sic ait: *Aen. 10.*

Vesano talia late

Dicta volant Ligeri, sed non ε̄ Troius heros
Dicta parat contra, iaculum nam torquet in
hostem.

Virum igitur fortē decet manu promptiorem esse, quam lingua, *Alcia pro Canin.*

Quod si post consertas manus aduentet, qui negotium Pacis suscipiat, aliquis, erit sane potior ea curatio, quæ factis adhibebitur quam quæ verbis adhibenda esset, nempe ob præstantiam factorum, & quod versetur in grauioribus. *l. aut facta. §. qualitate. de pœ.* Sic merum imperium misto, & simplici iuris dictio- ni prestat, quia circa grauiora versatur. *Doct. in l. imperium. de iuris d. omnium iud.* Atque hæc erit ipsa Remissio. Quæ alia item ratione su- perest, ut quæ nullius dignitati obsit, cum partes tamen ad summam æqualitatem re- stituat. Etenim quamuis alter potestati alte- rius se committat, nihil tamen turpe aduer- sum se confitetur, sed illud ostendit solum, iniuriæ suæ pœnitere. *Quod secus est in ver- bis, vt infra dicemus.* Ad hæc vel is, cui se cre- dit aduersarius, iure in illum vtitur suo, vel non vtitur. Et quamuis vtitatur, nihilo magis honoratus efficitur, quia nimis exuperat, & (vt alias differuimus) vlciscendi facultas pro vltione est. Nec vlla sit ei, qui sic plectitur, iniuria, quoniam assensus fuit. *c. scienti. de reg. iur. in 6. Aristo. §. Eth. 9.* Quod si dimittatur impune, id egit solum, vt se periculo obiice- ret. In verbis autem qui fieri potest, vt solum peri-

periculum adeatur? Hac ergo de causa frequentior est Remissio, quippe cum iniuriæ facti omnes hac medicina curentur. Dictorum vero, quotquot in secundo collocaui- mus gradu, medicamenti omnis sunt ex- pertes.

C A P. XI.

*Faciliorem esse in factorum, quam in
verborum iniuriis, pacifican-
diationem.*

Mirum hercle auditu, quod hic præscripsi, homines, vbi grauior, ac durior disfidiæ causa antecessit, ad æqualitatem, & Pacem facilius redigi, resque medicabiles magis esse, quam verba. Sed enim ita se veritas habet, ut superioris capitum in fine differui. Propterea que longo illo sermone, quem habuit de modo reconciliandi, nihil in me- dium, quo grauioribus verbis consuleretur, attuli, quia scilicet nihil cognoui. Vnica tantum curatio leuioribus factis adhibita fuit, quam possit etiam verbis primi gradus applicare. Sequentis vero gradus verba o- mni carent medio. Et ratio in promptu est,

quo-

quoniam super verbis fictio locum non habet. *Bar. in l. verum est. de reg. iur.* Suntque duo proflus extrema, ac veluti fines, quibus omnis oratio continetur, de quibus Poeta *Verg. in Epigram.*

Est, & Non cuncti monosyllaba nota frequentat.

His demptis nihil est hominum quod sermo volunt.

Quicquid igitur affirmando dicitur, vel negatur, aut verum est, aut falsum. *Arist. in I. part. Predicam. cap. 5. & in 3. par. in sermo. de opp. Idem 1. de interpreta. 8. Cic. Tusc. 1. Si enim, verbi caussa, te nominauero Transfugam, (quid responderis, parufacio) es, aut non. Si sis, & ego bonus (quod naturaliter presumendum) dissimilitudo nostra iam elucet. Neque si prius dicta refellam, æqualis tu mihi decore, sed ego pari ignominia tibi fuero, Boeth. de consol. Philosophia. lib. 1. Vitosum est enim quicquam falsum assentiri. Cic. in Acad. Et quemadmodum à prudente exigitur, ne mendacium dicat, ita à bono, ne mentiatur. Gell. Noct. Att. lib. 11. cap. 11. Hoc que ipsum mentiri est. sup. cap. 7. Quo me criminis si neruis omnibus aduersus quemcunque liberare contendeo, num me in illud spote conijciam? Maius sane est dedecus, quod meis mihi verbis pario, quam ut alius quisquam*

quam inferre valeat. Argu. c. *Beatus. infi. 22.*
q.2. & Pau. ad Gal. 2. infi. Amb. 1. de off. 4. cu-
randumque est magis, ut numerus creseat
bonorum, quam ut pari malitia se quis ad-
dat numero malorum. 23. q.1. *Paratus. in prin.*
Iisdem autem rationibus si falsa obieci, re-
conciliari tibi prohibeor. Nam nisi aduer-
ser, palinodiamque canam, tu consentire vi-
deris. c. *Nonne. de præsumpt.* Aduersans vero id
ante fateor, quod confiteri in præsentia ab-
surdum est, me scilicet mentitum fuisse.
Quod mihi tam turpe est, quam si tum ipse
mentirer. Obstat & aliud præterea, ne ex æ-
quo in verbis coire possimus. In factis enim
(quod sæpe scripsi) actio vertitur in passio-
nem, ita ut qui alium iniuriæ tempore offen-
dit, vel in discrimen adduxit, eidem offensi-
oni, aut saltem discrimini sese offerat in pa-
ce necesse sit, factumque antiquum deletur
ope Remissionis à facto recenti. Hic vero or-
do in verbis non obseruatur. Nam si te pro-
ditorem, aut trans fugam per iniuriam no-
minauero, mentitumve fuisses respondero, tu
Pacis tempore illas in me iniurias nō retor-
ques, verum ipse (quod aiunt) meo mihi iu-
mento malum accerso, meque iugulo meo
gladio. Nec prior sermo sequenti tollitur,
sed uterque manet. Neque id communivti-
litati

litati adscribi potest, quoniam illud indi-
gnum sequeretur, leuiorib. pœnis grauiora
crimina plecti, & contra. *Aduersus l. Respici-
endum. de pœ. Gl. fin. in c. Non adferamus, 24. q.
i.* Manifestum est autem re grauius, quam
verbo, peccari. Sed ubi re illata est à me in-
iuria, perque Remissionem Pax constitui-
tur, me quanquam pulses, nulla notas igno-
minia. Nam sponte patior, magisque est, ut
tibi exæquer, potissimum cum te percusse-
rim. Etenim, ut est in Carmine Hesiodi, apud
Arist. 5. Eth. 5.

*Si que qui faciunt, eadem patientur & ipsi,
Iudicium rectum valde est, atque exitus aequus.*

Quod si impune abiero, satis superq; con-
stat meam mihi dignitatem in columnen esse.
At verba, quibus vtor in Pace ad iniuriæ ver-
ba tollenda, patientem nie non constitu-
untr, sed agentem conseruant. Agentem au-
tem nosse, quid agat, oportet. *l. in totum o-
mnia. dereg. iur.* Ideo nulla est excusatio, quin
talia mihi verba officiant, quæ sponte, & ex
certa scientia protuli, sumque mihi meæ
turitudinis autor. Nullus insuper modus,
quo solum in verbis periculum subeam, re-
periri potest (ut superiore capite dixi) sed
certam rem semper, & exploratam aggredi-
or. Quare, cum in certis fictio locum non
ha-

habeat, *Alcia.* initio lib. de presump. id, quod geritur, iniquum sit ex altera parte, necesse est.

Super his igitur iniuriis, quae grauibus verbis illatæ sunt, coagmentari non posse Pacem omnino censeo. Concordia sane, & charitatis vinculo deuinciendi sumus, cum propter Christi disciplinam, tum quod sublato iure Duelli (quod fit per alterius partis infamiam) quid odiis tendatur vterius? *Gell. Noct. Att. lib. 6. cap. 11.* Vestrum quippe est Reges, sacrique Pastores, si adeo fixæ sint stirpes inimicitarū, vt aliter diuelli nequeant, vestra illas autoritate compescere, mutuumque vobis consilium, atque adeo auxiliū impendere, nec alicuius gratia, studioe committere, quin carcere, exilio, anathemate, & si qua durior est multa, persequamini illas, & radicitus amputetis. *l. Congr. de off. præf. l. Aequissimum. de usufr. Ehis in locis Bar. Alex. inl. col. 4. C. ut qua des. aduo. par. iud. supple. Rom. cons. 126.* statuta in Pastores pœna à secundo Innocentio, vt si in hoc opere Dei segnes inuentifuerint, dignitatis propriæ damnum incurrant. *90. dist. c. Placuit. cum trib.. seqq.* Et memoria quidem teneo Doctores à Bartolo communiter dissentire, qui posse partes ad Pacem cogi arbitratus est

pro-

prorsus. in l. congruit proxime allegata. Cæterum eius opinio tribus casibus auditur. Cum discordia futura est perniciosa Reip. quod semper fere est. Vbi diu decertatum fuit. Et qnoties apud Iudicem supremum, qualis est Cæsar, & Pontifex, caussa tractatur. *Marsil. conf. 98. col. fin. vol. 2.*

Sed occurretur fortasse nobis ab aliquibus existimantibus, Remissione posse verba deletri, ob eam caussam, quod vindicandi facultas in pace pro vindicta est, atque vno, & eodem gradu Pax, & vltio continentur, & pluribus verbo, & re illatis simul iniuriis vna Remissio prospicit. Ergo & singulis separatim prospiciet. *sup. cap. 8.* At impar est remedium, quandoquidem prout quæque iniuria nascitur, ita & perimi debet l. *Prout. de sol.* multaque accedunt, & consequuntur, quæ per se reiicimus. *l. in modicis. de contrahen. emp.* *l. Quædam. de acqui. rerum dominio. Ias. in l. Di- ciantibus. col. 2. C. de testa.* Ac manet semper regula, qua Fictio solis factis adhibetur. *Bar.* in d. l. *verum est.* Quamobrem quisquis in iurioum sermonem Remissione abolere contendit, is ad latam Faciendi significacionem confugiat operæ pretium est, *l. verbum Facere.* *Gibi Alcia. de verb. sign.* Facereque dicat eum etiam, qui loquitur. Nam & *Verba*

ba facere dicimus, *Cic.in Ver. &c alibi saepe.* & Dicere verbum actuum est, omnisque oratio est quædam actio. *Quo circa Labeo A-*
Etum verbum generale esse inquit, siue re, si-
ue verbis quid agatur. l. Labeo de ver. sign. Nec sequeretur tamen, quod is iniuriam intulisse re diceretur, qui verbis contumeliam ingessisset. Nam odia coercenda, favores sunt dilatandi. *c. odia de reg. iu. in 6. Oldr. cons. 14. col.*
2. ver. nec ob. quod dicit Arch.

Sed has rationes quicunq; voluerit, probet, ab hac ego sententia longissime absum. Quamuis enim Remissio fingat nullam antecessisse iniuriam, haut tamen potest, si verbo iniuria imposita sit, fingere simul iniuriam nullam antecessisse, atque eandem veram non esse. Sic etenim ab uno fonte duæ manarent fictiones, & æquitati altera aduersetur. *Aduersum l. Denique. Ex quib. cau. maior. & l. postliminium. in prin. de capti. & postli.*
reuer.

C A P. XII.

Verba facilius factis irrita, nulla que constitui.

AT facta tamen sic extollat nemo, quin sua quoque verbis sit laus. Verborum si-
D qui-

quidem peculiare est, nulla fieri, & irrita.
 Quod vixnquam contingit in factis. Abusus autem Injuriam eam, quæ nulla redditur, appellamus. Testamentorum instar, quæ imperfecta sunt, vel irrita, vel nulla.l. II.

§. *Testamento.* Quemadmod. testa. aper. Neque tum restitutio Pacis est necessaria, cum ab ea discessum nunquam fuerit. Insti. quib. mod. test. infir. in prin. ubi Aret. Sic fit, ut quæ raro verbis aptari possit Reconciliatio, raro etiam vsu veniat. Cuius rei illa est ratio, quoniam cum inuenta sint verba, ut demonstrent voluntatem dicentis^{22.q.2.} Is autem in prin. Arist. ἀριστερή. Sect. I. hæc voluntas sæpe aliam, atque aliam recipit Interpretationem. Ipsaque verba tum ex vsu, tum ex proprietates, nec non per abusum aliquādo declarantur. Alcia. de verb. sign. lib. I. in prin. Nec quicquid dictum sit, prius ratum habendum est, quam si certa scientia, vel perseverantia apparuerit iudicium animi fuisse. Arg. l. II. de conf. Ream etenim linguam non facit, nisi rea mens. 22.q. 2. *Homines.* Facta vero, quamquam & ipsa voluntatem demonstrent, si grauia, certaque fuerint (de ambiguis, & leuibus mihi sermo non est,) nullam interpretationem admittunt, nisi prauam, suapte natura. l. I. C. ad l. Corne. de Sic. c. I. de presumpt.

Gand.

Gānd. de malef. sub Rub. de præsumpt. & indi. in-dub. col. 8. num. 8. vers. est etiam, & quintum est indubitatum indicium.

Vt autem res exemplis patefiat, verba ex dicentis voluntate declarari sic poterunt. Dixisse te contumeliosum aliquid mea causa ratus mentione me defendi, Tu mentem aperis tuam, qua nihil aduersum me loquutum te fuisse testaris. Ego, qui aliter suspicatus fueram, mentionem aufero. Hic vltro, citroque illæsa est dignitas, nec Reconciliatione est opus. Quæ enim iniuriæ speciem præ se ferebat, ex animo cognoscitur iniuria non esse. Et sine hoc exempli, dum soluitur mentitio, demonstratur plane, si quid dicendo fallar, posse me veritate comperta sine vilo dedecore mihi tandem ipsi refragari. Nam citra voluntatem fallendi mentiri non potui. d.c. Is autem. §. Nemo. Rom. conf. 391. num. 4. Credulitasque error est magis, quam culpa. Plancus ad Cic. Famil. lib. 10. Et fallere dedecus est, non falli. c. Beatus. in fi. &c. cap. seq. en. q. Spec. de positio. §. octauo. col. 2. vers. Item falsa. Imo quid magis consentaneum est rationi, quam veritatem cunctis rebus anteferre? Alcia. de mente Cic. in l. Natura. de verb. sign. Hominis quidein non est, exactam hōris omnibus præstare diligentiam, vt apud Homerum, Odyss. 3.

Αὐτὸν γένος πάσι εἰσιν αὐτορυθμοὶ τελείων
Ανθρώπων,

Et ut Cicero, Philip. 12. Cuiusvis est hominis errare, nullius, nisi insipientis, perseverare in errore. Recteque Galenus, de placi. Hipp. lib. 4. Veniam, inquit, homini nato, & peccanti dari conuenit. Sic è contrario, (& hoc tertium sit exemplum) quoties animo perturbato verba in alium iniuriosa protuli, nihil obest, quo minus illa irrita declarem, quod animus tunc mihi præsens non fuerit. l. Scendum. de adil. edict. 22. q. 4. Definitio. Arist. 7. Eth. 2. Neque iure id mihi vitio dabitur, cum mentitus non sim. Quin bonus, prudensque non iniuria dicar, si de veritate magis, vt p. xime dixi, quam de mea sententia sollicitus male emissum verbum reuocauero. Quod Iliados XV. hac vtens adsertione Neptunus præsticit :

Στρεπτῷ μὴ τε φένες ἐθλῶν.

Et Darij filius Xerxes imitatus id ipsum in Herodoti Polymnia fuit. Atque hoc exempli genus verbis ab ira proficilcentibus maxime conuenit. Quorum proprium est, vt irrita siant, non vt eorum caussa restituatur Pax. l. 3. de diuor. l. Quicquid. de reg. iur. l. si filiam. C. de inoff. testis. c. si quis iratus. 2. q. 3. Quare Sophocles

cles Oedipum Tyrannum, quod insimulat-
set Creontem, sic excusat:

A'λλήλη μὲν δῆ τοῦτον τάχαν
Οργὴ βιαθέν μετάπον, οὐ γνώμη φρενῶν.

Aristoteles vero s. Eht. 8. Perrecte ea, qua proficiscuntur ab ira, non dijudicantur ex prouidentia fieri. Idemque iuris est in corrigendis ijs, quæ quis magna vi doloris impulsus effudit. Qua ratione Mater inter eas personas est, quæ sine calumniæ timore necem filij sui vindicare possunt. l. 2. C. de calum. Eorum sane, quæ declarantur ex interpretatione verborum plurima tradere exempla liceret, sed unum mihi tradidisse sat erit, quale olim ex facto habui. Nec petulantiam quidem scriptorum nostrorum coarguat aliquis. Vix enim, ut cum venustate fiat, vel dicatur iniuria. Adolescens igitur quidam, dum verbis cum viro contenderet (qui sunt mores nostri temporis) eo furoris deuenit, ut pudenda hominis nominaret. Digna illa esse Catamitis adolescentis similibus vir respondit. Adolescens contra virum hac de re mentiti. Ego ita pacem inter eos composui, ut vir declararet, non quidem voluisse adolescentem Catamiti nota inurere, sed Catamitos ea esse ætate, qua adolescens (sic enim plerique sunt,) intellexisse. Hocque pacto

ad ætatem relata est similitudo, non ad personam, maximeque propria, & verbis ipsis accommoda fuit, c. cum ad co. de rescript. c. in præsentia. §. Præterea. de proba. & ibi Dec. col. 7. Idem in l. Non hoc. col. 2. C. unde legi. Rom. conf. 361. num. 9. ac sublata prorsus mentitio, dempto videlicet fundamento. Mentitio namque responsio est, quæ semper ad prædicta refertur. l. De ætate. §. quid autem. de interr. a. Etio. §. Præterea. Inisti. de inut. stipul. Ias. in l. Causas. col. 2. C. de transac. Aug. in Euangelium Io. cap. 9. Isque sublati consequens est eandem ipsam tolli. Reg. Accessorium. in 6. At Facta his tantum casibus irrita fiunt. Vbi aliquis à me deturbatus fuerit, qui hoc sibi iniuriæ ducat me id in uitum, imprudentem ve, & absque cogitatione iniuriæ commississe declarare potero. Arg. d. l. 1. in f. C. ad l. Corn. de sic. Marsil. sing. 176. Text. in l. 1. ibi. si tamen l. C. si aduer. delic. Tale si quidem genus facti, cum nullum graue detrimentum afferat, leue est, & quod sit anceps, in meliorem partem interpretandum, ut alias docuimus. Atque hæc cum re ipsa conuenit interpretatio.

Certa vero, & grauia facta sic ex mente aliquid interpretamur, ut icto à me aliquo vel telo per errorem petito declarare errasse in persona, cum illum alium esse putauerim.

rim. l. 3. inf. de iniu. Sicq; quod attinet ad per-
sonam, iniuria collitur, nec opus est recon-
ciliatione, quamuis manente offensa pœ-
nam Magistratus non effugiam, l. eum qui. §.
fi. eod. ti. Hincque late intelligere licet, quan-
tum à nobis lex differat in æstimandis iniu-
riis. Animaduerti vero summopere decet has
omnes interpretationes, quibus iniurias re-
verbisve factas irritas reddere conamur, ve-
risimilibus aliis, ac plane credibilibus con-
iecturis munitas esse debere, nec ullam ante-
cessisse diuersam, aut contrariam eiusdem
iniuriæ interpretationem. Doct. in l. Quicquid
adstringenda. de verb. ob. Bald. in l. De die. in prin.
col. 3. Qui satis. cog. Alioqui suspectæ fraudis
viderentur. l. sed Julianus. §. Proinde. de SC. Ma-
ced. l. Post contractum. ubi Bart. de dona. Bald. in
l. sed & reprobari. per eum Tex. in prin. de excusatu-
to. Quapropter si quid à te expressum fuerit,
quod ego contumeliæ loco posuerim, te quo
ipse in alium inuesti fuisse testeris, nostrum
id sermonem ferre necesse est. Quod ex præ-
missis, & subiectis, acc concurrentibus tum
verbis, tum factis haud ægre cognoscitur.
Old. conf. 8. Ias. conf. 5. col. 3. inf. vol. 3. Ang. in l.
Iuris gen. §. Quod fere. de pac. post Inn. in c. cum M.
de constitu. Idemque est, ubi te aliquid per er-
rorem dixisse profitearis. Hic enim error

probabilis esse debet, ut quia sic publice à multis existimaretur, ex spectatæ fidei viris audiueris, alienum sit factum, & id genus alia, quæ excusare errorem, ignorantiamque iure consueuerunt. *l. Regula.* § sed facti. de iu. & fact. igno. *l. fi. Pro suo. Rom. cons. 391.* Quod si calore dictum iracundiæ abrogare volueris, nulla perseverantia id à te ratum habatum fuisse oportet. *d. l. Quicquid. cum sim. de reg. iur.* Sed reuocatum Statim, id est, ut ceciderit primum ante capitales inimicitias cœptas. *Gl. in d. l. Iurisgen.* § *Quinimo. de pac. Bar. in l. legem. in 3. col. C. eo.* Inimicitiae namque non solum iniurias non delent, sed confirmant protinus. § *fi. Instit. de iniu.* quicquid aliqui dicant, quoruin sententias in foro non reprehendo. *Luc. de Pen. in l. omnes omnino. C. de decurio. lib. 10. Foller. ad Maran. in 1. dist. iudiciorum. num. 97.* Si te, quod alium imprudens, vel inuitus impuleris, excuses, necesse est exempli cauſa nos angusto in loco conuenisse. Si per errorem verberasse, vel aggressum fuisse te quempiam adseueres, locus ipse obscurus, opaca nox, nullæ cum illo simultates, rarum hominiſ in eo loco commercium, oris, aut vestium similitudo tibi erunt adiumento, aliaque eiusmodi complura argumenta, quæ cauſa posita, quid in qua-

quaque conueniat, res ipsa docet, cum inter-
im neque facile, neque necessarium sit tot
de rebus sigillatim de unaquaque explicare.
*Sic Bonif quoque in materia maleficiorum ait sub
Rub. de indi. col. 2. Aug. ad Ang. in vers. Quod fa-
ma pub. præced. super ea q. An unum indicium, seu
plura requiri. Cic. de Inuentio. lib 2.*

Verum enim uero putet aliquis, quia rati-
one verbis ab ira proficiscentibus medemur,
eadem posse nos factis mederi, irrita etiam
facta declarando. Quod longe aliter se ha-
be. Quare sciendum eos tantum actus pro-
pter iram excusari, quos imminuto iure par-
tis reuocare possumus, cuiusmodi sunt ser-
mones, in quibus perseveratum non fuit, &
quicquid denique a nobis geritur infra per-
cussionem. *Fab. in l. si non conuicij C. de iniu. Ca-
gnol. in d.l. Quicquid. num. 13. dereg. iu. post Imo.
quem allegat in t. cum te. de re iudic. Bart. in l. Qui
ea mente. in si. de fur.* Semper autem diminu-
trum manet ius eius, qui percussus est, nempe
quoddamno coniuncta fuit iniuria. Ergo per
speciem iræ deleri nequaquam potest. Quin
etiam quanta ad nequitiam fenestra aperi-
ratur, si sciret unusquisque post illatas alteri
manus solo iræ nomine se posse tueri, cum
nemo fere non percutiat iratus, ita ut illi fi-
des nunquam non esset probabiliter adhi-
be

benda? *Dec. in d.l. Quicquid. col. 2.* Postulat ita que Reipub. utilitas non alia ratione ictus, quam Pace, aboleri, vel ope Remissionis, corrigendi simul, deterrendique causa, *supra cap. 8.* vel saltem venia, ut de re inconsulto facta, petita, cum dici soleat iram, quæ ex iusto dolore venit, quamvis delictum prorsus non excusat, dignam esse tamen, ex qua poena mitigetur. *Arg. eorum, quæ not. Ias. in l. s. filiam. col. 2. C. de inoff. testa. Boer. Decis. 164. ad fi. in 1. par.* Quod ipse Pacis arbiter dispiciet. Leuiora sunt enim, quæ repentino aliquo motu accidunt. *Cic. de off. 1.* Et instus dolor in causa est, ne petita venia denegetur. *Fab. in d.l. 2. C. de calum.* Alioqui Remissionis medicamen per ea, quæ diximus, est necessarium. Demum vero generaliter illud scire expedit, non omnem iram excusatione dignam, sed eam tantum, *Doct. in c. Dudum. de conuers. cons. jug. Inn. & Fel. in c. sicut. de iure iuriu.* qua (quod est in consuetudine sermonis Latini) dicitur aliquis Exisse ex Potestate, *Cic. Tusc. 3. accirco* quia non sit in potestate mentis, cui regnum totius animi à Natura tributum est. Atque hæc tam vehemens perturbatio difficulter probatur.

CAP.

C A P. XIII.

Quatenus Remissioni tribuatur, & an ei, qui se remittit, vlla uti defensione aliquando liceat.

Nondum vero absoluta est Remissionis materia, ni perspicuum sit, quatenus i Lili moribus indulgetur, & an ei, qui remissione se offert, facultas detur aliquando se iure defendendi. Quæ dubitationes ita co-hærent, vt altera cognita vix altera possit in obscuro esse. Quod igitur spectat ad priorem, dubium facit ea regula, qua legum Doctores vnumquenque pro alio ad ipsam usq; necem obligari posse dicunt, quoties voluntati hominis consuetudinis vis accedit. Quapropter valere inquiunt consuetudinem, vt fideiussor poenam corporis subeat, quamuis id lege sanciri non possit, quippe cum desideretur in lege consensus hominis, qui pacto adhibetur. *Dec. in c. 2. de constitut.* Quod si vitam alterius caussa suppono, mea quanto magis? *l. Praes. C. de ser. E. aqua.* Ad hæc is, qui se in hostis arbitrium confort, peccauit semper, nec nisi meritas poenas expectat, cum fideiussor per se innocens alieni criminis successor contra iuris regulas constitua-

stituatur. *l. Crimen. de pœ.* Adde Pacis fauorem, qui cum summus sit, nulla alia contractus specie debet esse deterior. *Supra cap. 2.* Nam & in iure loci sunt ex compariatione, præcipueque, ut quod in re minore valet, valeat in maiore. *Aut. Multo mag. C. de sacros. ecc.*

Aduersus tamen hæc argumenta leges pugnant, neque sui facultatem aduersario facere quenquam permittunt. *Bar. in l. 1. §. usq; adeo. in fi. de iniu.* Et esto moribüs condonandum aliquid esse, cauere nihilominus, ne modum excedat, aduersarius debet. *Idem Bar. in l. sed & si. §. Prætor ait. eo. tit.* Excedere modum is intelligitur, qui cutem scindit, os ve perrumpit. *Ang. de malef. in vers. contra voluntatem. Colapho* igitur, vel fuste leuiter attingere nemo prohibetur. *Quin omnia licent citra vulnus, debilitationem, mortis discimere.* *Bar. in l. 3. num. 2. de dot. promiss.* Vulneris autem appellatio ictum omnem, quem curari sectione oporteat, comprehendit. *Idem Bar. in l. Prætor edixit. §. fi. de iniu.* Et hæc quidem damna nullus sibi infligere potest, cum nemo sit Dominus suorum membrorum, ergo nec alteri demandare. *Idem in d. §. usque adeo.*

Neque me mouent obiecta, tanquam voluntas hominis, & autoritas consuetudinis
adiun-

adiungantur. Hanc etenim consuetudinem, tamque latam nego. Quod si quæ est, certis finibus continetur; nec ultra, citraue (ut mox dixi) progrediendum. A Remissione vero Fideiussio quantum distat? Hanc probat lex; illam improbat. In hac Iudex, l. 2. in fi. l. Quippe. de iud. iu ea priuatus sibi ipse ius reddit. Quod vel nequit omnino, l. Qui iuri dictio. ff. de iurisd. omnium iud. l. vni. C. Ne quis in sua suessa iud. vel boni duntaxat viri arbitratu, Bar. in d. l. sed & si. §. Prætor ait. Hic iudex. ē u. vñ-
per duces; id est, Animatum ius dicitur Calle-
ction. antiqu. lib. 12. cap. 64. nec maiorem dante
autoritatem habet, Reg. Nemo plus iuris in ff.
& Sequestri (quod aiunt) Transactorique
Pacis similior est, quam iudici. Bal. in c. 1. §. in-
ter pares. de lege Contra Alcia. de præsump. Reg. 3.
præsumpt. 35. in fi. Hoc amplius quod fideiuss-
for sub condicione, quæ incerta est, obliga-
tur, nimicum si reus pacto non steterit. Qui
vero sui facultate aduersario tribuit, is pro-
tinus, necessarioque remanet obligatus. In-
certa autem, & quæ pendent à futuris casi-
bus, quamvis alioqui iniusta, facilius tol-
erantur. l. 1. C. de pac. Astruitur his odium pri-
uatæ vñtionis, quo Remissio nunq̄ vacat, cum
idē alienitate Pacis sit alienissimū Reg. odia. in 6
Vtque supremæ respondeamus obiectioni,
quam-

quamvis digna fauore sit Reconciliatio, haud tamen facienda sunt mala, vt inde eueniant bona. c. Quod ait. dist. 14. c. Faciat. 22. q. 2. c. Forte. 14. q. 5. c. sic non. 32. q. 4. Quin si subiectum tibi hostem interficias, qui cum reconciliabere? Cum eone iam mortuo, an cum propinquis, & heredibus, quibus iniuria communis est? Ne igitur in absurdum incidamus eiusmodi, cui se dedit alter, eiusdem restringimus arbitrium, nec vt modum excedat, patimur. Quod si excesserit, excede-re conatus fuerit, iuste illi obssistimus, nosque ipsos ab iniuria vindicamus, (qui fuit alter quæstionis nostræ articulus,) quem ad modum Iudici quoque de facto procedenti permissu legis obssisteremus. l. Defensionis. C. de iu. f. lib. 10. Ias. Deciusque in l. ut vim. de iust. & iu. Doct. in l. 2. de app. recip.

At noua exoritur quæstio. Cum enim Voluntatis significatio latissima sit, l. si sic. de leg. 1. l. cum quidam. seq. tit. tunc saltem videtur concessum necis arbitrium, cum hostis Voluntati se quispiam tradidit. Et in hanc sententiam Castrensis iuit, in d. l. cum quidam. Quam licet generaliter nec ausim improbare, nec velim: in Remissione certe nullatus probo. Nam manet semper inuicta ratio ne modus excedatur, & neminem plus iuri-

ris.

ris in alium transferre posse, quam ipse habeat. Quod & humanius est, atque benignius, Pet. Ghe. sign. 6. & Ciceronem habet ad stipulatorem, cum dicit, *Tusc.* 4. *Voluntare est, que quidcum ratione desiderat.*

C. A. P. XIV.

Ex quibus caussis intermittatur publica utilitas.

Nunc, quæ sit causæ prætermittendæ utilitatis publicæ differendum. Priuata intermittitur nunquam, eo quod is damnū semper accipiat, in quem confertur iniuria, & ut charta scriptioni, picturæ et tabula, ita is iniuriæ subiacet. Duæ sunt igitur causæ, ex quibus præsertim publica utilitas posthabetur. Altera, cum æquis viribus certando læsus est aliquis. Ab hoc enim cœpisse iniuriam vel lex ipsa coniicit. Nec communicato semel periculo, ut æqualitas fiat, est amplius quicquam experiendum. Gl. in c. 1: de purga. vulg. Altera cum damnum is, qui palam prouocauerat, accepit. l. Qui cum maior. §. si libertus. de bo. lib. Marsil. cons. 60. vol. I. Maxime si prouocatus non ex intervallo, sed ex continenti sese defendit. l. I. §. cum arietes. si quadr. pamp. fe. dica. Fab. in Institutio. de iu. nat. gen.

gen. & cui. §. Ius autem gentium. in vlt. col. Alcia.
 de presump. Reg. 3. Praesum. 39. Etenim à natu-
 ra tributum est, vt nos, vitam, corpusque tu-
 eamur. Cic. de off. 1. Atque his, & consimili-
 bus caussis à publica utilitate fit intermissio,
 iniuriaque minus proprie iniuria dicitur,
 cum iure permittente fiat, l. s. in prin. deinu. &
 per hoc, vbi ventum ad Reconciliationem
 fuerit, à Remissione vacatut. Debebit porro
 venia peti Marcob ipso Catone autore, apud
 Gell. Noct. Att. lib. 11. cap. 8. Matrob. Saturn. 1. in
 si. Proœm: qui parem esse compulsi, & impru-
 dentis caussam censuit, vt ab veroque si of-
 fensum fuerit, venia petatur, nosque de im-
 prudente plura supra tetigimus. Verba Ca-
 tonis sunt hæc in Aulum Albinum: Næru,
 inquit, Albine nimium negatores, qui maluisti
 culpam deprecari, quam culpa vacare? Nam pe-
 tere veniam solemus, cum vel errauimus im-
 prudentes, vel compulsi. Petetur ergo venia,
 & iure impetrabitur, seu manifeste compul-
 sus quis fuerit, seu per legis coniecturam.

Cum vero non desint, qui hæc transfe-
 rant ad alias facti species, potentque propter
 iussanguinis agendum esse mitius inter con-
 iunctos, quam inter extaneos, si reconcili-
 atione sit opus, minuenda est hæc opinio.
 Neque enim agendum est mitius cum eo,
 qui

qui grauius peccat. c. Quæsunt. & ibi Gl. si de iis
 quæ si. à maio. par. cap. Dec. in c. at si clerici. in prin.
 col. 4. de iud. & in l. si familia. in 3. not. de iurisd.
 omnium iud. Tex. in l. uni. ver. Et oportet acerbi-
 us. C. de rap. virg. Oldra. cons. 15. ibi. Et ratio potest
 esse. & cons. vlt. ibi. Tunc n. Et constat quidem
 ius humanitatis violari, à quocunque homi-
 ne iniuria fiat, ob cognitionem illam, quam
 inter omnes homines natura constituit. l. vt
 vim de iust. & iur. Sed cum plures sint gradus
 huius cognitionis, atque societatis, arctior
 multo est colligatio propinquorum, quæ ab
 immensa illa societate humani generis in
 exiguum, angustumque concluditur. l. 1. C.
 de impo. luct. descrip. lib. 10. Cic. de off. 1. Atq; idem
 de Amici. Propterea multum interest, an ho-
 minis iniuria noceatur, an contumacia iuris,
 & sanguinis contumelia concurrant. Ace-
 bum siquidem est (vt ait Cicero, pro P. Quin-
 tio:) ab aliquo circumueniri, acerbius à pro-
 pinquo. §. 1. in aut. de consang. & uteri. fratri-
 bus. l. si adulterium cum incestus. §. 1. ff. ad l. Iul. de
 adulte. Glo. in l. 2. in ver. Postponendis. C. de pri-
 mice. lib. 12. Ad hæc ius sanguinis à Natura
 descendit. §. Sed hodie Institu. de adop. §. si. de leg.
 agna succ. à Natura inquam, non Deo, quam
 Glossæ naturantem appellauere, sed quam
 naturam. in §. pen. Insti. de verb. ob. à vita forte
 non

non inepte dixeris. Vitæ autem præstat honor, adeo ut honoris caussa vita plerumque ipsa cum morte laudabiliter commutetur. Vnde illud *Verg. in 2. Æn.*

*Pulchrumque mori succurrit in armis. Et
Pulchrum, & decorum est pro patria mori. Hor.
in 3. Carm.*

Et apud Homeri in Achilles, *Ilia. I.*

Μῆτερ, ἐπέμενες γε μινωδάδον τῷεόντα,
Τίμην πέρηστο φελεν Ολύμπῳ ἐγναλίξα
Ζόδις υψούσι βρεμέτης.

*I*socrates vero αὐτὸς δημον. μοῖλαον σύλλαβε φό-
ρον, ἦ κίνδυνον. Et

Cicero, *Off. I.* Cum tempus, necessitasque per-
stulat, decertandum manu est, & mors seruituti,
turpitudinique anteponenda. Et Tacitus, *in Iul.
Agric.* Honestam mors turpi vita potior. Quis igi-
tur postponendum esse honorum vitæ cen-
suerit propter ius sanguinis, quod manat à
vita? Effectu certe nobilior est causa, *Gl. in
Institutio. in Rub. de iust. & iu. Pau. ad Heb. 3. ibi.
Amplioris.* Cic. *in Top.* cum tradit. Comparati-
onis locum, & vim. & quod principale est, con-
sequenti. §. si tamen alienam. *Instit. de rerum
dini.* Quin apud Iuris prudentes argumētum
valet à sanguinis coniunctione ad amicitia-
m, *Doct. in c. Requisisti. de testa. Marfil. in l. vni.
num. 208.* C. de rap. virg. magnaque amicitia-
frax.

fraternæ præstat necessitudini, *Alberi. in l. sed & ha. de procu.* & ordo scripturæ amicum paſſim consanguineo anteponit. *Alcia. de præſump.* *Reg. 1. Præſump. 28. in 2. col.* Quod penes etiam probatissimos linguae Latinæ scriptores videre licet. *Cic. de off. 1. Val. lib. 4. cap. 7.*

Num vero imminuta semel amicitia redintegritur spretis mediis reconciliatio-
nis? Minime quidem ultra primum iniuriæ gradum. Est enim quatenus amicitia tribu-
atur. *Cic. de amici.* Ergo nec sanguinis neces-
situdo. Nam quamuis sublata benevolentia
amicitiæ nomen tollatur, propinquitatis
maneat, §. *sed naturalia. Institu. de iur. nat. gen.*
& *ciu.* indigni sunt tamen, qui se tueantur
hoc clypeo, quicunque in propinquum, pe-
rinde ac in amicum peccauerint. *Arg. ex com-
paratione.* Quod si profanis his sermonibus
sacræ admiscendæ sunt literæ, ut æstimatus
ille à Christo fuit proximus vulnerati, qui
curam eius suscepit, non qui neglexit, *Luc. 10.*
sic nobis censendus est ille propinquus, qui
benevolentia, & charitate, non modo san-
guine, prope accedit. Neque hinc abest Sa-
lomonis sententia, qua litem foeminarum de
puerperio concertantium sic diremit, ut ma-
trem eam esse iudicaret, quam pietas, amor,
que matrem esse declarabant. 2. *Reg. 3. c. 2. de-*
præ-

præsump. Fauent leges cognationi, dum multo se amore prosequi cognatos credant. *l.* *cum seruus extero. Manda.* Magnum est enim eisdem uti sacris, eadem monumenta maiorum, sepulchra habere communia. *Cic.* *de off.* i. *Vbi palam iniuriæ exarsere, quid amplius faueant, vel credant?* Versantur enim in claris *l.* *Continuus.* *cum ita in fin. de verb. oblig.* Atque profecto sic mihi perspicere videor ut non aliam ob caussam doctissimorum virorum ingenia, legumque sanctissimarum latores amicitiae nomen vbique prætulerint, nisi quod certiorem hanc benevolentiæ normam Duceam semper habuere. *Quod à me item alio libro explicatū fuit, Indagationum iuris lib.* i. *cap. 33.* *Cit. in Lal.* Quantiverò facienda sit inter coniuctos iniuria, magis quam inter extraneos, vel ipse Iustinianus docet, in *l.* *cum oportet..* i. *C. de bon. qualib. cum paternum arbitrium in bonis filiorum aduentitiis restringit, ne vel ad extraneos illa transferri cum dolore sentiant vel ad fratres ipsos, quod (inquit Textus) grauius multis esse videtur. Si enim rei caussa tantopere flagrant, pto dignitate quanto magis?* *Cap. in ciuib. conf.* i7. *col.* 3. *ibi Et tanto asperiorem.* *Gand de malef. sub Rub. de aliq. quest. var. in prin.* Recte ergo Sophocles despere eum, qui pu-

putat ab se cognatum impune affectum iri iniuria, dixit his versibus. in Ocd: Tyr.

Εἴ τοι νομίζεις ἀνδρεγα συγγενῆ ηγκῶς
δρῶν, τὸν ὑφέξεν τὴν δίκην, τὸν δύφρονεῖς.

Callistratusque Iurisconsultus, in l. capitulum de pœ. Omnia, inquit, admissa in patronū, patronive filium, patrem, propinquum, maritum, uxorem, ceterasque necessitudines grauius vindicandas sunt, quam in extraneos.

C A P. XV.

Operis conclusio, & cur in Reconciliacione ora, manusque, & dextra potius, quam sinistræ iungantur.

Qvod Paces, ac fœdera claudit, idem huius operis futurum est extremum. Manus itaque, & ora iunguntur, ut animorum coniunctio, atque redintegratio cognoscatur his signis. Nec ullum quidem hominem arbitror esse, qui nesciat, manum pignus esse fidei, amicitiae, fœderis, ac pacis. Quo circa Homerus de Nestore, & filiis, deque Telemacho, & Pallade sic ait, Odyf. 3.

Χερσίν τὸν αὐτόν οὐδενάδελπον οὐαγεῖν.
Et mox de solo Nestore. Αὐτὸν πέραν ἐλαχεῖσθαι.
Ver-

Vergilius vero de Pallante ad Aeneam *Aen. 8.*
Egredere ô quicunq; es, ait, coramque parentem.
Alloquere, & nostris succede penatibus hospes:
Accepitque manu.

Et Plaut. colloquente virū Alcmena. in *Amph.*
Et manum prehendi, & osculum tetuli tibi.

Quin manus ministræ sunt rationis, & mentis. *Cel. lectio. antiq. lib. 2. cap. 33.* Ex quo intelligere licet non temere, neque fortuito, sed prudenter, scienterque rediri in gratiam, & hoc esse virtutis opus. Ipsa præterea palmæ cutis, quæ tangitur, quod leuior sit, ac moderatior præ cæteris corporis partibus, *Ariacen. de complexio. membrorum. cap. 2.* id innuit, ad esse iam tempnrantia sedesq; animi perturbationis esse. Osculo vero liber, ac voluntarius eorum, qui in foedera veniunt, consensus exprimitur. *Cap. in ciuib. cons. 2. col. 4.* Adde, quod iisdem signis repræsentanda est pax, quibus ante iniuria repræsentata fuerat. Re nempe, & verbis. *Supra cap. 6.* Ut qui se odio, consestati sunt, amore se posthac prosequuturos fore cognoscant, ore, id est verbis, & manu, id est factis. Dextraque hinc inde confertur, quod eam Fidei Numa sacram esse constituit, *Liu. Deç. 1. lib. 1.* quodque per eam veteres, tanquam per Numen aliquod iurare consueuerint *Ter. in And. Au-*

spi-

spicium subinde fœlicius semper à dextra.
Luc. i. Xenoph. de Cyri Pædia. lib. 2. Cal. lectio. antiqu. lib. 8. cap. 39. (Nam quamuis Latini à Græcis, & Barbaris dissentire videantur, *Cic. de diuina. lib. 2.* conueniunt tamen autore Plutarcho, *in Problem. & Seruio, in 2. Aen.*) Quare Vergilius in dextra Elysios statuit, *Aen. 6.* dextramque idem Fortunam, hoc est meliorem appellavit, *Aen. & 2. Herculem*, quo propitius esset, his inuocauit verbis, *Aen. 8.*

Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.

Ille vero idem Hercules (ut est apud Xenophonem *lib. memorabilium. 2.* cum primum pubesceret, dextrum iter, nimirum virtutis ingressus est. Et dextro pede Iuuenalis ait, *lib. 4. Sat. 1.* quod est lecto omne. *Quid quod stare Deum à dextris inquit sæpe scriptura, Psal. 15. 108. 109. & 120. atque his in locis Eu-thym. cum adest, fauetque?* Et sedere dicitur Christus à dexteram patris, *Marci vlt. ad quā similiter boni omnes vocantur, Matt. 25. nempe ad beatitudinem Isid. de sum. bo. l. i. c. 16. i. si. Iubemurq; ut nesciat Sinistra nostra, id est Ambitio, quid faciat Dextera, q̄ est Caritas? Mat. 6. Ad summā(ne agam de singulis) Natura omnes motus orditur à dextra Arist. de ani. incessu. ut q̄ dignitate, *Ges. 48. Pro. 3 Arist. eo. l. de ani. incessu. Cal. lect. ant. l. i. cap. 2. robo-re, fir-**

re, firmitate, promptitudine præstet, *Arist.* 5.
Eth. 7. sitq; ferendis auxiliis apta potissimum.
 Quamobit Vergilius, *AEn.* 6. *Da dextrā misero.*

Ex aduerso vero Sinistræ nomē (seu mavis
 Læque, quod attinet ad hominū actiones) ma-
 lum, & infœlix quoddam, ac mutilem præ se
 fert, vertique fere omnia in oppositum pos-
 sunt, qua in re satis fuerit illud *Apulei, lib. i. de*
afin. aur. Sinistro pede prosectum, id est malo
 omne.

Vergiliiq; repetitum *Carmen, Ecl. I.* & *AEn. 2.*
Si mens non laua fuisset.

hoc est infirma, & parum prudens. Haud
 tamen negarim, tunc iungi sinistras posse,
 cum alter scœua, mancus, ambidexteru fü-
 erit, seu dextra ut cunque imbecilli.

Atque hæc habui, de Priuata Reconcili-
 atione quæ scriberem, cum interim præ-
 tereundum silentio non sit, has dextræ, & o-
 sculic ceremonias neq; passim, nec semper, ne-
 que ab omnibus exigendas esse, verum ab iis
 tantū, qui stricto militariq; móre in gratiam
 redeunt. c. *Nemo pot. I. c. in argum. de reg. iur. in 6.*

*Pet. Ghe. sing. 100. Cæteri suopte arbitrio
 vtuntur. Spec. de treu. Ep. pa. col. 1.
 vers. item not.*

F I N I S.

DE IV-

DE IVRE ET
ÆQVITATE
DISPVVTATIO
FORENSIS,

*Secundum quam Ciuilis disciplina
cum in Scholis, tum in Iudiciis
recte tractari potest.*

Per

IOANNEM OLDENDORPIVM.

*Nolite indicare secundum aspectum, sed
iusto indicio indicate.*



M. DC XI.

IOACHIMVS CLAV-
dius, lectori.

*Vt, nisi conueriant urgenti pharmaca morbo,
Promissa grauiuel aditetur ager ope:
Arctat ut assiduo cruciatu calceus vngues,
Ni sit ad appositum formula ducta pedem :
Sic Lex presenti non undique commoda facto,
Innocuos contra iuraque fasque premit :
Excute cum primis causas & tempora rerum.
Aequo metiri qui pede iura voles.
Id tibi prestandum qua sit ratione, modoque,
Perspicua tradit hic breuitate Liber.*

PRAE-

.IX. M.



PRÆSTANTISSIMO VIRO, Dn. TIEL-

MANNO A FOSSA, BONA-
rum artium Magistro, Ecclesiæ Coloniensis
Metropolitanæ à secretis longe disertissi-
mo, perpetuo studiorum Mecæ-
nati, Ioannes Oldendor-
pius S. D.

Nisi cognatarerum huma-
narum ambitio Nos obcæ-
casset omnes, Præstantis-
sime vir, haud dubie Ma-
gistratus Romani orbis aliquanto dili-
gentius perpenderent huius seculi con-
ditionem, quam Deus inter præcipua
oraculorum suorum exempla, per Da-
nielem Prophetam describi voluit. Si-
quidem rex alim Naluchodonosor vi-

E 2 dit

Epistola

dit prægrandem terribilemque statu-
am, aureo Capite, argenteo pectore,
ventre æneo, ferreis atque fictilibus
pedibus constantem. Cumque huius
visionis mysterium omnes regni sapi-
entes ignorarent, solus Daniel revelan-
te Deo, de quatuor Monarchiis inter-
pretatus est: Aureum scilicet Caput, de
primo Assyriorum rege: Argenteum
pectus, de regno Persarum: Ventrem
aneum, de Græcorum imperio: fer-
reos atque fictiles pedes de statu Roma-
ni Imperij, durissimis quidem bellis la-
te propagati, sed quod nunc tamen ne-
glectu iuris & aequitatis, infirmius
multo habemus, atque olim fuit. Enim
vero, quum nulla regnorum conditio,
sine legum obseruatione consistere pos-
sit: Significantissime Nobis corru-
ptus Ciuilis disciplinæ status perfictiles
ostenditur pedes.

Ne-

Nuncupatoria.

Neque vero cœlestis atque misericors Pater, frustra voluit tam magnam rerum vicissitudinem initio statim indicari: primum, ut certo constaret certius, nullas regnorum statuum ve mutationes accidere sine ineffabili illius destinatione. Deinde, quo magis mortales aduersus futuram degenerantis mundi calamitatem, ad fulciendos tandem fictiles pedes, diuinis bonarum artium donis sese præmunirent.

Itaque Cicero, quanquam veri Dei religionem ignoraret, animaduertit tamen suo seculo gliscentem iam tum legum obseruationem, omen esse futurae diminutionis, quam ubique deplorat, admonens diligenter nullum fore, nisi ciuilis philosophiae præsidium, quo sit tuto confugiendum. Quanto ma-

Epistola M.

gis autem fateri nunc oportet, Imperium Romani orbis, adeoque Christianam Rempublicam fictilibus vix pedibus ad hæc usque tempora pervenisse: Quandoquidem tota Civilis disciplina & cognitio superioribus annis amissa fuit. Quare si communi sensu uti voluerimus, & non turpiter obtrudescere: cedemus ultiro veritati, quæ solem in manibus gestans, ostendit nobis, à multis annis veram iuris & aequitatis cognitionem observationemque propemodum nullam fuisse.

Quod si quis tam sit impudens, ut ista dissimulare velit: aut tam stupidus, ut non intelligat: hunc & rationibus & exemplis aperte convincemus.

In primis enim Neratius IC. tradens, Leges sciri posse, neminemque ea-

Nuncupatoria.

earum ignoratione excusari: quum ius
(inquit) finitum esse & possit & de-
beat. Sed immensis commentatorum
altercationibus superiore seculo ius fu-
it factum prorsus infinitum. Ergo non
potuit esse vera Iuris & aequitatis co-
gnitio obseruatioque, solet enim igna-
rantia rei quantumuis preclaræ tan-
dem parere contemptum. Et hanc
argumentationem, quas & se uti soleo,
nullis unquam Criticorum calumnijs
elevari posse certum est.

Deinde Exemplum videamus eui-
deus fori, in quo velut officina quadam
quum paratissimam esse oporteat Iuris
executionem: Lites nunc fiunt im-
mortales, verborum & ceremonia-
rum abusu perniciose. Sic consenescunt
miseri litigatores tandemque non nisi
Cadmeam expectant victoriam: quip-

Epistola

pe quod plus impenderint, quam tota
resist. Et medius fidius quemadmo-
dum ad incendia turmatim acèurrunt
partim otiosi spectatores, partim teme-
re impedientes alios, plerique prædan-
di animo : Ita iudiciorum cobors, ad
paratam iustitia executionem quasi
viva lex instituta, plus damni, quam
suspetiarum adfert controversiis ha-
minum : bonorum virorum existima-
tione semper salua.

Tum si Scholas quoque inspiciam-
mus, quæ velut seminarium esse debe-
bant, unde quoquo versus administra-
tores forensium negotiorum prodirent :
Nihil in his proditum est aliud, quam
quemadmodum leges & iuris thema-
ta in varios sensus, Vertumni more,
possent torqueri. Quos item in prima
estate ad grauitatem erudiri oportue-
rat,

Nuncupatoria.

rat, eorum ingenia anilibus corrupta sunt altercationibus: Quum tamen nihil opus esset, suffundere frigidam ijs, qui plus satis natura proni sunt ad dissentendum.

Dicisne igitur, verum iuse & bonam arborem fuisse, qua tales in Repub. fructus produxerit? An non, hisce tam evidentibus rerum testimonij, si ratio te non moueat, fateti tamen verum Diuinus coget vates, qui corruptissimum hunc statum fictilibus praedixit pedibus? Tali enim modo hanc questionem, an sit & quid sit ius, tractari iubet Reipublica salus: hoc est, rebus ipsis (ut Pomponius ait) dictantibus, non autem in anibus verborum am pullis, aut falsis affectibus.

Interim prospexit omnipotens Pa ter, actum esse de politica viuendira-

E S tio-

Epistola

tione, nisi sustinendis hisce fictilibus
humanæ statuæ pedibus ipse subueniret:
jdeo pene incredibilem verbi sui omni-
umque disciplinarum Nobis lucem re-
duxit, ut quæ omnes omnium homi-
num vires ingeniumque longo admo-
dum interuallo superet. Nemo eni-
sperasset unquam vel linguarum dona
aliasque disciplinas tam pure nobis ex-
summa barbarie restitui posse, ut ele-
gantia non minus, grauitatis autem
plus, quam Romani unquam habue-
rint, deprehendas in nostris Germaniæ
præceptoribus. Quis ignorat, Philip-
pum Melanchthonem totam de mori-
bus Philosophiam methodica ratione
in Epitomen contraxisse, quo magis &
captui studiosorum & foro deseruiret?
Quis item non videt, Cantiunculam,
præcisis omnibus disputationum nani-

is,

Nuncupatoria.

is, praeter alia, Institutiones juris certissimo docendi genere paraphrasticōs enarrasse? Quis non legit Budæi, Alciati ac Zalii monumenta, quibus in numeros Commentatorum errores bona fide nobis indicarunt? Quis proinde non admiretur Gregorij Haloandri Sudores, qui diuino quodam Consilio libros Romani iuris sane corruptissimos, pristino nitori restituit, nulla prorsus valetudinis habita ratione? Sic enim erga patriam & bonas literas, optimus ille vir erat affectus. Quis denique nescit, Iacobum Spigelium opera longe utilissima juris Lexicon studiosis edidisse, quo Romanas voces sic explicat, ut nihil merito desiderari possit?

His omnibus atque alijs eiusdem fabricis auctoribus (quis enim complectetur)

tur.

Epistola

sur omnes una Epistola?) quanquam
uniuersa Respublica plurimum debet:
præsertim, quod in his dona Christi re-
lueant: non desunt tamen, qui viru-
lento illos tentent stylo perstringere:
quorum nomina nunc taceo, quo resi-
piscant & meminerint, quidquid eru-
ditionis sibi vendicant, id pessime col-
locari aduersus tam pios & graues vi-
ros, à quibus nunquam fuerunt lacesſiti.
Quamobrem Deus illis haud dubie di-
gnam factis mercedem retribuet, hoc
est, perpetuam apud posteros infami-
am, quam proprio (ut dici solet) iu-
mento sibi advehunt. Quin & hoc
quoque seculum quantumvis iniquum,
iudicabit tamen bonis moribus alic-
num esse, suggillari nomen eorum, qui
affiduis lucubrationibus patriam fer-
nare conantur: sicut Ciceroni olim con-

ti-

Nuncupatoria.

tigisse omnes probati auctores aequaliter. Sed quid hominis exemplum traheto? Quandoquidem Christus ipse in mundum hunc ingratum veniens, non fuit a suis receptus. Ferenda igitur, quam fieri potest aquo est animo talis sceleratissimorum iniuria, & interim tamen suscepit functionem vindicandi juris & aequitatis, veluti statu-
nem diuinitus unicuique commissam, non oportet, deserere. Aemulentur sanne adversarij, quantum velint, aut potius quantum possint (respexi enim, & ecce non erat locus eorum) certo tam certius tandem erit patientia vi-
etrix; Cur enim, vel toto reclamante mundo, non sequamur veritatem? Quare item studiosæ iuventuti viam non ostendamus, qua pergens alterca-
tionum plausibiles neniae velut Syre-
num

Epistola

num olim naufragium Ulysses, obtutis
ratis auribus euitet? Quando & Athe-
nienses sanctissima lege statuerunt, ex-
ecrandum censeri facinus, si quis ul-
tro non monstrasset iter erranti.

Tali itaque Consilio de jure & Ae-
quitate scribendum aliquid dudum de-
stinaueram, cum clarissimus vir, D.
Theodoricus ther Laen ab Lijnnip, ju-
ris Doctor, & Reuerendissimi Archie-
piscopi Coloniensis Principis Electoris
à Consiliis, mihi ad hoc studium, ele-
gentissima quadam Epistola, iam cur-
renti addidit calcaria. Optat enim me-
cum pius ille vir, ut iuventus tandem
adversus receptam Barbariem, præ-
claris bonarum literarum donis, & so-
lida equi & boni prudentia Rempubli-
cam unusquisque suam communiat.
Sic enim fœtiles illi pedes, quorum me-
mi-

Nuncupatoria.

minimus, quoad Deo Opt. Max. placuerit, fulciri possunt: Donec abscissus lapis de monte, percutiat statuam, conteratque pariter ferrum, testam, æs, argentum & aurum, ut ne locus quidem appareat.

Tibi autem nostram hanc lucubratiunculam non sine magna ratione visum est nuncupare: quando scio te bonis literis, velut alterum Mecanatem, vehementer delectari. Enim vero nullum unquam fuit seculum, quod non studiorum amatoribus sua destinarit præmia: nimirum, quia Republicæ salutis, secundum verissimam Solonis sententiam duabus potissimum rebus constat: Præmio atque Pœna: quorum utrumque utinam hisce diebus ex bono & aequo dispensaretur.

Verum quando magna laudis pars est:

Epistola

est, vere laudari: habeo certe publica
huius de te encomij, testimonia. Siqui-
dem liberitui non solum moribus, ve-
rum etiam literis ornatissimi, fatis o-
ffendunt preclarum in te erga bonas
artes affectum. Et profecto hoc tem-
pore, cuius iniquitatem accusant omnes
rectissime consuletur Reipublica, si edur-
candorum quisque liberorum diligen-
ter ineat rationem. Eodem autem di-
sciplinarum studio filias tuas longe ho-
nestissimas, tali, quoad posses, elocasti
nuptiarum delectu, ut literatos pro-
ferres quibuslibet. Vnde duos tibi juris
disertissimos delegisti viros; quorum
uterque certe te dignus est gener.

Sed illud mihi admodum cessit ex
animo, quod filium tuum omnibus vir-
tutibus præstantem M. Leonardum eo-
dem forte fortata tempore, quo hic bo-

Nuncupatoria.

ni & equilibellus prodijt in publicum,
coram vidi optimis initiatum nuptijs:
ut proinde possit Epithalamij vicem
nobis exhibere. Porro quod honestissi-
mam atque omnibus naturæ dotibus
elegantem puellam, excellentissimi
Medicinarum Doctoris Heinrici An-
drii Zittardi filiam duxit Vxorem, eo
mihi nomine est charior. Eius enim
viris summameruditionem atque peri-
tiam, cum ubique gentium experti
sunt, tum ego quoque huc adueniens
statim sensi. Nam ex itineris incom-
moditate febri me vehementissima la-
borantem sanitati mira quadam de-
xteritate restituit Et quanquam morbus
ille molestus non nihil fuerit: aliquid
tamen utilitatis attulisse veleo nomi-
ne mihi videtur, quod cum M. Corne-
lio Doctoris Zittardi filio, & literis &

mo-

Epistola

moribus ornatissimo contrahendæ amicitiae occasionem præbuerit. Nam quanta me benevolentia ut erg sit abunde prosequutus, inter alia multa litteræ & testantur, quas Cornelius ille nostrus humanissimus semel atque iterum ad me dedit absentem, tanta & verborum & rerum maiestate, ut elegantiores ne sint an humaniores, haud facile discernam. Quæ omnia scribo, nonne o solum, quod talium amicorum honesta admodum iucundaque sit recordatio: sed etiam, quod id genus virtutis exempla Cuiibus nostris, ut diligenter imitentur, proponenda sunt; Sicut optimi Venerandæ antiquitatis auctores magna laude nobis, velut per manus tradiderunt. Itaque vides ornatissime vir quam multis nominibus hæc nostra forensis disputatio tibi actuis debeatur.

Quod

Nuncupatoria.

Quod manus si tali acceperis, quo à me
scriptum est voto, ut fructum eius in
publicam Ciuium utilitatem produci,
pro viribus curaueris : rem feceris
Christo gratam & tibi longe honestif-
simam. Interim vale felix.



SERIES TITULO- RVM HVIVS LIBRI.

D Evarijs Boni & Æqui appellatio-
nibus. Tit. i.

De Variis nominibus Summi iuris. ii.

Quid sit Æquitas. iii.

Quid sit Summum ius. iv.

Quomodo differant ius sumnum &
Æquitas. v.

Iure scriptone, an Æquitate iudican-
dum sit. vi.

De

Index Titulorum.

- D**e usu Æquitatis scriptæ & non scri-
ptæ. vii.
De Gradibus honestatis circa Æquita-
tem obseruandis. viii.
Exempla, in quibus cum primis Æqui-
tatem non scriptam exerceri opor-
tet. ix.
Quæ necessario pertineant ad iudicia
bene constituta. x.
Aequissimæ, propter breuitatem, Ro-
manorum Iudiciorum formulæ. xi.
Aequumne sit ut à Sententia de posse-
sione dicta prouocetur. xii.
Vtrum iudex Conscientiam suam, an
Probationes seq̄ui debeat. xiii.
Ciuitas, Corpus, seu Vniuersitas ho-
minum, An, & quatenus possit pu-
niri per sententiam Iudicis. xiv.
De Banno imperiali. xv.

TITV.



TITVLVS I.
DE VARIIS BO-
NI ET ÆQUI AP-
pellationibus.



Xistimant optimi omnium
seculorum auctores, è re sem-
per studiosorum esse, ut ver-
borum prior, rerum potior
sit interpretatio: præsertim
in re maxima inuestigandæ
æquitatis, cuius effigiem hodie propemo-
dum nullam habemus. Variis itaque modis
in iure nostro significatur æquitas.

I.

Romani olim perpendebant, bonitatem
cum æquitate sic esse connexam, ut alias bo-
num & æquum, alias bonum æquum, sine
copula dicerent. Cicero in Bruto, Deinde æ-
quum bonum (inquit) testamentorum sententias
voluntatesque tutatus est. Inde illa locutio:

Æqui

*Æqui bonifacere, consulere. Inscite nonnulli
distinguunt bonum ab æquo in iure.*

I. I.

Græcis æquitas ~~est~~ ^{et} ~~merita~~ ^{et} ~~merita~~, hoc est, conuenientia dicitur. Quare Aristoteles sæpe vocat æqualitatem. Nomen enim factum est ab ~~εἰσι~~, quod est, iuxta, & ~~εἰκὼς~~, conueniens, adsimilatum, ab ~~εἴκων~~, adsimilorum. Porro, æquitas seu æqualitas retinet in humana sociate proportionem rerum omnium iustum, hoc est, statuit aptum locis, temporibus, personis. germanicæ voces pulchre huic respondent, Billigheit / Gleichmessigkeit.

I. I. I.

Bona fides accipitur pro æquitate. Vnde contractus bona fidei; quod ex æquitate pendent, dicuntur in §. Actionum autem. Institut. De Actionibus. Julianus in l. Consensum. ff. De actionibus & obligatio. Item in his contractibus (inquit) alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono & aequo prestare oportet. Vlpianus, in l. Si fideiussor. §. Quadam. ff. Mandat. De bona enim fide (inquit) agitur, cui non congruit de apicibus iuris disputare: sed de hac tantum, debitor fuerit nec ne.

I. V.

Naturalis Iustitia dicitur à Modestino, in l.
Sci-

*Scire oportet. §. Sufficit. ff. De excusatio. iuto.
Vbi loquens de eo, qui impeditus legitima
necessitate, non venit constituto tempore
ad excusandum se à tutela, vt illi sit igno-
scendum: Cuius fidem (inquit) tametsi sufficit
firmare ex ipsa naturali iustitia: est tamen &
constitutio Imperatorum Seueri & Antonini, hac
dicens: Naturali iustitia, id est, æquitate.*

V.

*Æquitas eleganter appellatur, verum ius,
germana iustitia. Cicero lib. Offic. 3. Sed nos
(ait) veri iuris, germanaque iustitiae solidam &
expressam effigiem nullam tenemus. Vimbra &
imagine utimur: eas ipas utinam sequeremur.*

VII.

*Simplicitas legum significat æquitatem,
& opponitur difficultati vel subtilitati iuris,
Iustinianus in §. Sed quia stipulationes. Instit. De
fideicomissa. hereditat. Et nobis (inquit) in
legibus magis simplicitas, quam difficultas pla-
cket. Et in §. fin. Eod. tit. Quod si is (ait) à quo re-
lictum dicitur, postquam negauerit, confiteatur
quidem aliquid à se relictum, sed ad legis subtili-
tatem recurrat: omnino soluere cogendus est. I-
dem in §. Et hac quidem. Instit. De legit. agna.
success. commendat simplicitatem Legis XII.
tabularum: damnans medium Iurispruden-
tiā,*

tiam, propter subtilitatem. Simplicitas enim statim aperit veritatem, non differt negotium. At contra, subtilitas simulat aliud, quam est, protrahit in longum, adficitque damno litigantes.

VII.

Aequalance seruari ius, intelligitur pro exercere æquitatem: cum vltro citroque sic obseruatur proportio, vt alteri nihil adsit cum dispendio alterius. *l. Non tantum dotis. ff. De re iudicat.*

VIII.

Aequitas nūcupatur humanum ius: quia nihil est, quod in humanam societatem plus utilitatis conferat, quam usus boni & æqui. Et contra: Iniquitas dicitur ius inhumanū, auctore Vlpiano *in l. Furti. §. Paetusve. ff. De his qui notant. infami. Nouell. Nullum credent. agrico. in princi.* Inde sunt istæ appellations paßim in iure: Humanius est, Benignius est, & cæteræ id genus. Iustinianus *Nouell. Dereleuatio. tributo. Constit. CLXIII. Prastantissima (inquit) inter homines bona sunt iustitia & benignitas: quarum altera equabiliter suum cuique tribuit, neque appetit aliena: altera ad misericordiam decurrit. Vlpianus in l. 1. §. Qui operas. ff. Ad senatuscons. Tertyllia. Sed humana (ait) in-*

ter-

A E Q V I T A T E Tit. I.

*terpretatione placuit eum admitti. Alias huma-
num ius appellant, ad differentiam natura-
lis Iuris. Illi valde aberrant, qui humanas le-
ges opponunt canonibus Pontificiis, quasi
hi nihil habeant humanitatis.*

IX.

*Iustinianus volens æquitatem describere,
vititur appellatione admodum pulchra. Nam
gubernatiuam vocat sapientiam, ex varieta-
te negotiorum colligendam, Nouell. Ne vir
ex dote. Constat. XCVIII.*

X.

*Arbitratus boni viri, nihil aliud quam æ-
quitatem significat. Vlpianus in l. 1. ff. Usu-
fruct. quemad. caue. Cauere autem debet (ait)
boni viri arbitratu percepturum iri usumfru-
ctum: hoc est, non deteriorem se caussam ususfru-
ctus facturum: ceteraque facturum, qua in resua
faceret. Ecce, arbitratus ille quam eleganter
diffiniat æquitatem ex ipsa iuris naturalis
medulla.*

XI.

*Papinianus æquitatem grauissime signi-
ficans, in l. Quæsum est. ff. Detestib. Verum
tamen (inquit) quod Legibus omissum est,
non omitetur religione iudicantium. Sic & in*

F

con-

contractibus facit æquitas. Instit. De locatio.
Et conductio. §. Conductor. Et si quid (ait) in le-
ge prætermisum fuerit, id ex bono & a quo præsta-
re debet. Lex enim ibi pro pactis accipitur,
ut in l. i. §. Si conueniat. ff. Deposit.

XII.

Græci denotant æquitatem, cum dicunt
ἴση πλάτη aliquid accipiendum esse: id est, la-
tius ultra præscriptum, quasi angustias iuris
ampliādo. Ut si quis promiserit solutionem
in Calendas Augusti, soluat postridie. l. In
hac. ff. De condicō. Tritica. l. Quo enim. §. Iulia-
nus ait. ff. Rem rat. haber. l. Ratum autem. ff. De
solutionib. Et l. Si arbiter. ff. De probatio. Sic Vi-
pianus, yerbis Pedij, extendit angustam si-
gnificationem mercis, in l. i. §. i. ff. De tributo.
actio.

Perniciosissimus itaque error est Accursij,
cum aliis quibusdam, dicentis: In materia
tractandi iuris, aliud esse bonum, aliud æ-
quum, in l. i. ff. De vsu cap. Adducit l. Hac le-
ge decernimus. C. De pact. conuent. tam
super dote. Vbi tamen non probatur diuer-
sitas inter bonum & æquum: sed collatio fit
vtriusque. Sicut enim bono melius est: ita æ-
quo potest esse æquius. Et, quemadmodum
non valet consequentia: Aurum est melius
ar-

A E Q U I T A T E Tit. II.

argento: Igitur argentum non est bonum: Sic minime procedit: Istud ius excellit æquitate: Ergo illud, quod videtur bonum, non potest dici æquum. Eodem modo princeps veræ philosophiæ Cicero reprobat vesaniam illorum, qui vtile ab honesto separabant. Nihil enim vtile est, quod non sit honestum. Et certe, nihil censembitur bonum, quod æquitati repugnet.

Vbiique autem Legislatores fuerunt æquitatis obseruantissimi: ut est videre in l. *Sine-gocia. in fin. ff. Mandat. l. Insurandum. §. Datur autem. l. Si duo. §. Si quis iurauerit, Et §. sequ. ff. De iure iurian. l. penult. §. I.C. dreb. credit.*



T I T. II.

D E V A R I I S N O M I N I B V S summi Iuris.

S Vmmum quoque ius multis modis appellatur, ut recte teneamus rationem, propter quam opponitur æquitati, sicut in l. I.C. De legib. Inter æquitatem (inquit Constantinus) iusque interpositam interpretationem

onem, nobis solis & oportet & licet inspicere. In eandem fere sententiam dicit Iustinianus, *Nouell. De mulie. raptum pass. in princ. Conſti. CXLI*.

I.

Summum ius vocatur id, quod supra se nullum habet: quia in suo genere consideratum absolute, non est ullis causarum circumstantiis attemperatum deflexumque ut foro deseruiat. Errant ergo, qui summum ius intelligunt passim pro iniquo iure. Nam omnes regulæ omnes leges, omnes denique hominum traditiones de moribus possunt dici summum ius aliquo respectu: quæ si essent summa iniuria, quid haberemus pro iure?

II.

Ius simpliciter nonnunquam pro summo iure accipitur, ad differentiam æquitatis: *ut in l. i. C. de legi. Et Modestinus. ff. De legib. Nulla iuris ratio (inquit) aut æquitatis benignitas patitur.*

III.

Apices iuris accipiuntur pro summo iure: quoniam, sicut apex cuiuslibet rei summitas acuminata est atque indiuisa: sic regulæ à summitate iuris productæ, metaphoricos apices dicuntur, quas inimum plerunque à

ne-

A E Q V I T A T E . Tit. II. 9

negocio remoti, nisi recte dijudices circumstantias.

IV.

Donatus, summum ius diffinit inflexibile, quod in omni negotio idem exigit sine temperamento. Martianus appellat, seueritatem legum, *in l. Respiciendum, in prin. ff. Depoenis.* Non quod vlla improbabilis seueritas sit in legibus: sed quod respectu facti huius vel alterius possunt dici seueræ, crueleæ, nisi aliis sanctionibus deseruias circumstantiis & qualitatibus negotiorum.

V.

Scœuola nuncupat perpetuam seu generalem diffinitionem, *in l. De accessionibus. ff. De perpe. & tempora. prescriptio.* Sunt enim personarum in hoc mundo atque omnium rerum variæ mutationes. Quare non potest semper & omnibus idem ius dici. Proinde iuris regulæ tali respectu nihil aliud sunt, quam summum ius, ut infra dicetur latius.

VI.

Iulianus accipit subtilitatem verborū pro summo iure, *in l. Si tibi pecuniam. ff. Si cert. petat.* Vbi cum aliquis pecuniam donasset, vt eam sibi donatarius mutuo daret, videba-

F 3 tur,

io. DE IURE ET

-mū; propter regulas summi iuris; neutrum
subsistere. Sed hæc (inquit) intelligenda sunt
propter subtilitatem verborum. Benignius ta-
men est, utrumque valere. Adde l. Si fundus. §.
Si pluris. ff. de pigno. & hypothec.

VII.

Prædorum ius quoque frequenter dici-
tur : cuius interpres Acribodici ab Ari-
stotele recte vocantur, quasi deterioris iuris
studiosi. Quos suis pennis depingens Cice-
ro, pro Cecinna : *Iustum locum* (inquit) *fugis*
& *reformidas*, & me ex hoc (ut ita dicam) *cam-*
po equitatis, ad istas verborum angustias, &
ad omnes literarum angulos reuocas. In his ipsis in-
tercludere vis insidias, quas mihi tonaris oppone-
re. Non deieci, inquis, sed deieci. Peractum hoc
sibi videtur : hic est mucro defensionis tue : in e-
um ipsum causatua incurrit, necesse est.

VIII.

Strictum ius dicitur, in l. Placuit. C. de iu-
dic. Quasi regulis in angustum contractis
alligatum. Quem locum infra declarabi-
mus.

Ex his apparet, quod æquitas appellatur
bonum & æquum : *imperitia* seu conuenien-
tia : bona fides : naturalis iustitia : verum ius :
germana iustitia : simplicitas legum, æqua-
lanxi;

ianx: humanum ius : humanitas : benignitas, gubernativa sapientia : arbitratus boni viri : religio : remissio angusti iuris.

Ex diuerso, quod summum ius dicitur, alias ius simpliciter : alias apex iuris : ius inflexible : generalis definitio : subtilitas verborum : prædorum ius, strictum ius : nonnunquam summa iniuria, sed improprie & respetu alieno.

Quorsum igitur tot appellations pertinent? Certe admonent nos de omnibus caussis æqui & boni, ut ad animos simili-
gamus, quid sit æquitas. Scire enim est rem per caussas cognoscere. Utque simus memo-
res, æquitatem sic cognitam, in omnibus
humanis functionibus exercendam esse dili-
genter. Porro, quod Legislatores tam mul-
tis nominibus appellarunt, id voluere nobis
esse notissimum. Quid item nosse nos o-
mnes in votis habuerunt: id quoque in usu
testantur frequentissime adhiberi oportere.
Nos plane totum istud inuertimus: nomen
habemus omnes in ore: rem ipsam ne-
mo curat, maximo Reipublicæ
detrimento.



Quid?

T I T. III.

QVID SIT AEQUITAS.

VIdeamus nunc rei ipsius significacionem, quid sit *Aequitas*. Quo in genere non imitabimur illos, qui nimium altercando veritatem adeo amittunt, ut ipsi quid scribant, prorsus ignorent. Verum eos nobis exemplo proponemus, qui populari genere sermonis, & veluti pingui Mincerua tractationes suas explicant, efficiuntque, ut non longe à vulgi intellectu positæ videantur. Et certe non aliter æquitatem intelligere possumus, quam si communem sensum sæpe consulamus, & cogitemus, ad quem usum fori præceptiones de æquitate pertineant. Sic itaque diffiniamus æquitatem:

Aequitas est iudicium animi, ex veraratione petitum, de circumstantijs rerum, ad honestatem vitæ pertinentium, cum incidunt, recte discernens, quid fieri, aut non fieri oporteat.

Excutiamus vim & potestatem istius definitionis.

Est

Est iudicium animi.

Loco generis potest hoc accipi. Nā animus hominis multa iudicat, partim quæ ad se ipsum, partim quæ ad alium referuntur. Sed in hominum societate, nullum est præclarius quam de quo hic loquimur, æquitatis, iudicium: quod Aristoteles, iusti atque iniusti diiudicationem diffinit. Et profecto nulla patet homini via ad cognitionem equitatis, nisi per iudicium animi nullis affectionibus pollutum, hoc est, per conscientiam omnibus modis sinceram. Idq; est, quod rectissime dicit sollet: *Aequitatem oportere censendo, non autem altercando discerni.* Altercationes enim corrumpt animi iudicium.

Hinc necessario consequitur, iudicem non posse caussam secundum æquitatem diffinire, nisi adhibeat conscientiam sinceram, etiamsi mille testes, totidemq; videat ob oculos instrumenta. Conscientia enim certa est, non fallitur. At in probationibus sæpe vel error, vel dolus versatur, sicut experientia heu nimis frequens nos docet.

Ex veraratione petitum.

Non quælibet censura & opinio hominis est pro æquitate recipienda (quod enim v-

F 5. nusquis-

nus quisque non sibi somniaret? Sed ea tam
cum, quæ ex certa rationis formula proce-
dit. Ea autem est duplex: Altera communis
sive naturalis, cui omnes homines, velint no-
llint, ad sentiri conscientia coguntur, propter
apertam veritatem, quam Deus insculpsit
cuiusque animo. Sic enim Apostolus probat
in nobis esse legem naturæ, à qua petitur in-
fallibile iudicium, quod vocat conscienti-
am, *Roma. 2.*

Altera vero ratio est ciuilis, quæ ex rece-
pta Legislatorum authoritate proficitur,
vel ex diuturnis moribus consensu utentium
adprobatis. *I. De quibus ff. de legib. Instit. de
iur. natura. genti. & ciuil. §: Constat autem. &
§. Sine scripto.* Cæterum, ne hîc erres, non
oportet istam ciuilem rationem prouersus à
naturali recedere, multo minus illi repugna-
re. Alioquin nulla æquitas ex ea colligi posset:
*I. Ius ciuile est ff. de instit. & jure. Quem lo-
cum soleo appellare basim totius iuris.*

Hinc vides, nullamræquitatem esse, quæ
non proficitur ex certa formula rationis.
*Quocirca Aristoteles lib. Ethi. 5. Est autem
(inquit) iniustitia, sibi plus boni tribuere, aut
minus mali. Ideo non concedimus, ut homo im-
peret, sed ratio. Nam homo hoc sibi tribuit, & fit
tyrannus. At Magistratus debet esse custos iusti.*

Quod

Quod si custos fuerit iusti : erit & aequitatis custos.
Non enim sibi plus expetet, si fuerit iustus : nec si-
bi plus boni tribuet, quam quantum propor-
tione sibi competit. Ideoque alterius utilitatis serui-
et. Hæc ille.

De circumstantijs rerum.

Hæc est maxima differentia, per quam di-
scernimus aequitatem à summo iure: quod
aequitas semper in circumstantiis facti ver-
satur. Siquidem de hypothesi, hoc est de sim-
plici aliqua cuiuslibet caussæ materia, satis
potest per legem in vniuersum præscribi.
Sed de omnibus, quæ incidere solent, quali-
tatum figuris recte ordinari in speciem, su-
perat omnem hominum prædientiam. Na-
tura enim immensitas quædam rerum & ne-
gotiorum comparata est. l. *Natura enim. ff.*
de prescript. verb. Justinianus Nouell. de his, qui
ingredi. ad appellatio. Fluxa sane illa (inquit)
rerum humanaarum conditio, qua nullo unquam
tempore iisdem potest insistere vestigijs, & quum
semper existat non semper, tamen permanet: tum
Legislatoribus quandam inferendis legibus per-
turbationem importat: tum quod recte se habitu-
rum iudicatum est, quodque firmiter iam collo-
catum videtur, & exquisita observatione munis-

380

tum, sive numero emergentium denuo caussarum
varietas permouet. Hactenus ille.

Tales autem circumstantias, quae in iure
variant omnia, ut æquitas inde colligatur.
Claudius Saturninus tradit septem: ut sunt.
Caussa quare aliquid factum sit. **Persona**:
quis, & cum quo fecerit. **Locus**: ubi factum
sit. **Tempus**: quando factum sit. **Quantitas**,
magnum ne, an exile sit. **Qualitas**: quomo-
do factum sit. **Euentus**: an metu, vi, errore,
dolo, culpa, casu fortuito factum sit. **l.** Aut
facta. ff. *De poenis*. Secundum istas enim cir-
cumstantiarum species, æquitas iubet ius
summum vel intendi, vel remitti. Unde non
procedit generaliter, quod **Donatus** ait, *Ae-
quitas est, que ex iure multum remittit*. Imo,
interdum etiam intedit, auget iuris sanctio-
nem, ut in d. **l.** Aut facta. in si. Nos inferius,
ne quid huc extra ordinem congeramus,
quod à proposito lectorem auocet, verba
Saturnini cum scholiis adiiciemus.

Huc respexerunt semper Iurisç. **Paulus** in
leg. Pamponius. libr. XXVI. Negoci. gestor. Pro
*qualitate personarum (inquit) & actio forma-
tur, & condemnatio moderatur.* **Vlpianus** in *l.*
*No*pnumquam autem. ff. *De iudici.* **Hoc** autem
(ait) estimare oportet eum, qui ius dixit, pro
conditione caussa, vel persona, vel temporis: &

ita ordinem edictorum, & compendium moderari. Alfenus in l. Si plagis. §. In cliuo. ff. Ad leg. Aquili. Respondi (inquit) in causa ius esse positum. Vlpianus in l. iusurandum & ad pecunias. ff. De iure iuran. Non semper autem (inquit) consonans est , per omnia referri iusurandum , quale defertur : forsitan ex diversitate rerum vel personarum quibusdam emergentibus , qua varietatem inducunt. Paulus in l. Pedius. ff. De incen- rui. naufra. Et omnino (ait) ut in ceteris , ita in huiusmodi causis , ex personarum conditione , & rerum qualitate diligenter poena sunt estimande , ne quid aut durius , aut remissius constituatur quam causa postulabit.

Ad honestatem vitæ pertinen-
tium.

Non enim de omnibus passim circumstantijs æquitas vult curiosos esse Magistratus & iudices : sed de illis dunt taxat , quæ ad honestatem vitæ huius transigendæ aliquid conferunt : quales versantur in commertijs hominum. Sicut enim per normam iudicantur structuræ vitia : sic æquitas de humanis moribus dijudicat. Quare omnes iuris sanctiones oportet exigere ad æquitatem : contra quam quicquid decernitur , etiamsi prima fronte speciosissimum videatur , non potest

Cum incidunt:

Iterum hinc apparet maxima inter sum-
mum ius, & æquitatem differētia. Summum
enim ius statuit, ordinat præcepta de nego-
tiis, quæ putat frequenter euentura: ut in o-
mni genere humanarum functionum certæ
sint (saltem generaliter) formulæ de mori-
bus, ad quas recurratur. Aequitas autem,
cum factum iam euenit, circumspicit quale
sit, & confert cum huiusmodi præceptis le-
gum, ac elegit inter multas bonas leges o-
ptimam, hoc est, proposito negotio cōueni-
entissimam: reliquas suis relinquens tem-
poribus & factis. Quemadmodum sutor pri-
mum multas sibi comparat & varias formæ
calceorum. Deinde, cum videt emptorem,
inspicit qualitatem pedis, & personæ digni-
tatem: sicque formam eligit aptissimam.
Pharmacopola item omnis generis medici-
nas componit: sed tum primum de usu ea-
rum discernit, cum morbi qualitatem re-
ete tenet.

Erratum autem in eo est non nihil à Ro-
manis quoque, quod mediocritatem præ-
ceptionum excederunt, digrediendo in o-
mnies

mnes humanorum negotiorum angulos. Id enim facile tum erat, & pausibile videbatur, pauculas Græcorum leges amplificare: sed publicæ tranquillitati longe pernitiosissimum fuisse, stultorum magister exitus, & necessitas docuit tandem temporibus Iustiniani Principis.

Nouissimis vero hisce diebus multo silentius errarunt commentatores, qui relieto æquitatis studio, illas ipsas Romanorum leges, & prescripta iuris adeo multiplicarūt, & altercationibus obscurarunt, ut neq; principiū neq; exitum inuenias æquitatis. Porro humanus animus alioquin fragilis cōfunditur traditionum multitudine: & cum incidit casus nescit quo se vertat, nec potest certam tenere rationem ad inuestigandum bonum & æquum. Paucitas itaque legum & certitudinē, longe utilissima est.

Recte discernens.

Aequitas enim procedens ex certo ratio-
nis iudicio, non nisi recte potest discernere
inter licitum & illicitum, ut Vlpianus quo-
que sentit *in l. i. in princ. ff. de iusti. & iur. Alio-*
qui quicquid ex fluctuante animo profici-
scitur, declinat semper ad iniquitatem, qua-
lis maxima in iure commentariorum pars
est. Cice.

est. Cicero lib. Offici. I. Quocirca (inquit) bene
principiunt, qui vetant quidquam agere, quod du-
bites aequum sit, an iniquum. Aequitas enim lucet
ipsa per se: dubitatio autem cogitationem significat
iniuria. Vnde proverbum: Quae dubitas ne fece-
ris. Sic & Vlpianus diligenter inculcat iudici, ut
ex certa animi atque indubitata ratione diri-
mat litem, in l. Si irruptione. ff. Fini, regundo. Ad
officium (ait) definibus cognoscendis pertinet, &
mensores mittere, & per eos dirimere ipsam finium
questionem, ut aequum est, & (si ita res exigat) o-
culus etiam suis subiectis locis. Innocentius, teste
Apostolo, Quicquid fit contra conscientiam (in-
quit) adficit ad gehennam, in c. literas. Deresti-
tutio. spolia. Et Gregorius ex Ioann. VIII. mul-
tum nos admonet, ut omnia fiant ex vero con-
scientiae iudicio, in cap. Postulatus. 3. q. 7.

De tali certa forma colligenda semper a-
equitatis, iuxta censuram animi nullis affecti-
bus constuprati, loquitur Instinianus, Nouell.
Præcepta Præf. in princ. Confid. XVII. Quia (in-
quiens) in hac etiam parte aequitatem subditis no-
stris conserues, & neque lucri, neque alicuius affe-
ctionis causa in alterutram partem concedas. Ea-
dem ratione Martianus admonet, nihil
affectandum esse, in l. Respicien-
dum in pr. ff. De poenis.

Quid

Quid fieri, aut non fieri oporteat.

Quum enim totius Iuris ea sit virtus, hoc est officium, vis & potestas, ut imperet honesta, & prohibeat turpia. *l. Iustitia est. §. 1. ff. De iustit. Et iur. l. Legis virtus. ff. de leg.* certe ipsa æquitas attemperat legitimas sanctiones & moderatur, ut singulis negotiorum speciebus recte deseruant: habet delectum, quodnam ius cuique rei iam natę conueniat: Etenim in tam vasto negotiorum mundo, ac veluti labyrintho, nisi æquitatem, non aliter quam Thesei filum, summo studio ducem sequamur: impinget faciliter captus noster, vel cæcitate, vel affectu seductus.



TIT. IV.

Quid sit summum Ius.

SVMMUM IUS BIFARIAM ACCIPITUR, ALIAS PROPRIE, ALIAS IMPROPRIE.

Proprie Summum ius dicitur, certa honestatis sententia, qua suo generaliter officio in Republica

blica fungi potest, siue à naturali, siue à ciuili ratione petatur. Exempla esse possunt omnes regulæ & theses iuris. Nam hæ in suo generi rem, de qua tractant, suprema atque strictissima ratione diffiniunt quidem, sed simpliciter, ac sineulla circumstantiarum cōsideratione futuri facti. Ut ecce; Serua pactum: Neminem læde: theses sunt summi iuris, in genere suo iustissimæ, adeo, ut secundum naturam æquiores dari non possint. l.i. ff. De paci. Cæterum nulla hic perpenditur circumstantia pacti vel læsionis. Nā istud pertinet ad æquitatis officiū, cum casus incidit.

In hac itaque propria iuris significatione falsissimum est, quod vulgo dici solet: Summum ius, Summa iniuria: quoniam in generalo quendam, est iustissima ratio, vel naturalis vel ciuilis: tantum abest quod censeri possit iniuria, donec non torqueatur specialiter ad aliquam facti inconuenientem circumstantiam: Veluti, cum turpis res, vel Reipublicæ perniciosa, continetur pacto: tunc, si ad hanc speciem torqueare volueris prædictam regulam, Serua pactū, efficies ex summo iure summam iniuriam: non quod in se sevitium habeat summum ius, sed quia tu errando vel calumniando adfers perniciem, & nō bene dijudicas circumstantias facti in quibus ius est positū. l. Si unus. §. Pact. ff. depa. Im-

impropriæ autem *summum ius* appellatur
d'prædura interpretatione trahitur ad species
orum inconvenientes: *Vel*, quod simulatis
busdām argumentis colligitur sophisticōs in
idem legis. l. *Inciuile*, Et l. *sequent.* ff. de legi.
Nulla iuris ratio (inquit *Modestinus*) *aut*
utritatis benignitas patitur: *ut qua salubriter*
utilitate hominum introducuntur, ea nos du-
e interpretatione contra ipsorum commodum
ducamus ad severitatem. Idem sentit *Cel-*
, in l. *Scire leges. Eod. tit.*

Exempla sunt passim in iure multa. Lex e-
a est C. *Vt nemo inuitus agere vel accu-*
cogatur, iam pone, Sempronium inno-
item in ius vocatum à Titio, qui formu-
la actionis adfingit speciosam. Sempronii
negat. Titius videns tandem mendacij su-
llam esse probationem, deserit item: Re-
inuocat officium iudicis, ut contumaciam
coris coerceat. Actor calumniam suam ni-
ur defēdere hoc iure, quod nemo cogēdus
ad agēdū. Audieturne? Resp. Iustinianus:
ulsam esse minimeq; admittendā aetoris
interpretationem, Nou. de litig. Const. CXII.
'ro (inquiens) quum omnes controuersias,
cisis ambagibus, velimus ad finem decurrerei
rum etiam versutiis aduersamur, qui actiones
tummodo proponunt; nolunt autem ad ver-

mi-

minum usque litis persequi : dicentes legem esse, qua vetet, ne quis proprias actiones exercere compellatur inuitus.

Aliud exemplum est apud Callistratum, in l. Extat. ff. Quod met. caus. Vbi Martianus quidam accusatus, quod debitorem suum compulisset ad solutionem auctoritate propria. Vim (inquit) nullam feci. At Cæsar Marcus respondit: Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur? Vis est & tunc, quoties quis id, quod deberi si bi putat, non per iudicem reposcit.

Eodem modo Iustinianus vehementer detestatus stultas & temerarias interpretationes, Nouell. De fili. ant. dota. instrum. nat. Ex quo vero (inquit) post hasce nostras leges tam claras, temerario quidam consilio malitiose nostram interpretari sanctionem præsumperunt: coacti sumus & tertiam constitutionem describere.

Huc pertinet, quod Paulus in l. Contral. gem. ff. De leg. diffinit cum facere in fraudem legis, qui saluis verbis legis, sententiam eius circumuenit. Et Ulpianus in l. sequ. Fraude enim (inquit) legifit, ubi id fit, quod fieri nolit, fieri autem non vetuit.

Talis etiam interpretatio censetur, si quis prohibitus vendere, permutet, ut multi faciunt: Aut, si cui non liceat pecuniam dare mutuam, is interim vendat, quo magis debitor con-

itra ius precium habeat. Quod ita erit dicen-
z (inquit Vlpianus) si non fraus Senatuscon-
sul cognitata: ut qui credere non potuit, magis
enderet, ut ille rei precium haberet in mutui vi-
leg. 3. §. Is autem. Et l. Item si filius familiæ.
Iutuidationem. ff. De Senatusconsult. Mace-
ia.

Secundum hanc significationem recte dici
est, *Summum Ius*, *Summa Iniuria*. Quanto
m subtilius argumenteris, quanto plura
geras ad fulciendum tale ius: tanto mai-
effeceris iniuriam. Cicer. lib. Offic. I. Ex-
it etiam sape (inquit) iniuria calumnia qua-
& nimis callida iuris interpretatione. Ex quo
l. *Summum Ius*, *Summa iniuria*, factum est
trito sermone proverbum. Et Menander ad-
dum scite, *Leges* (ait) optima sunt: sed qui ni-
acute eas inspiciunt, fiunt sycophanta: hoc est,
immitatores qui lites leuissimas obseruant.
& enim fucus est, res nihil, ut vulgo quo-
dicimus. Es ist nicht einer Seigen werth.
Iuius farinæ sunt cautelæ, singularia, &
quæ commentariorum præstigia, quibus
il fit aliud, quam quod usus æquitatis sa-
errimus intercipitur. Tametsi enim nume-
Doctorum scripta habent multas theses,
irrantque in omnes angulos humanorum
otiorum: tamen, quia non sunt certa; nec
reti-

retinent modum: ideo tenebras offundunt, dant ansam calumniandi, & nocent Reipublicæ.

Eam ob rem Iustinianus, primum Triboniano, & tertium omnibus populis in editione Pandectarum rescripsit his verbis. Alias autem legum interpretationes, imo magis perversiones, eos iactare non concedimus: ne verbositas eorum aliquid legibus nostris adferat ex confusione dedecus: quod &c in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderate confessum, huc atque illuc in diuersas sententias producentes, in infinitum detraxerunt: ut pene omnem Romanam sanctionem esse confusam cernores. Quod si non passi sumus: quemadmodum posteritatis admittetur vana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint: ipsi quidem falsitatis rei constituantur: volumina autem eorum omnino corrumpantur. Audis has voces: Falsitatis rei: &c, Volumina corrumpantur? Est ne magna hominum insania, quæ falsitatem recipit pro veritate? Sed, quando ita volumus decipi, non sit nobis iniuria.



VER-

ERBA L. AVT FACTA.

FF. De pœnis, aliquot scholijs
explicata.

Vperius est facta mentio huius legis, quæ
nter salutares Romanorum sanctiones
elegantissima, & inter elegantes saluber-
a. Proinde verba eius hoc loco duximus
cienda: quoniam nemo recte versabitur
in scholis, aut in foro, nisi ob oculos ha-
t circumstantias, quæ nusquam in toto iure
tius tractantur.

Claudius Saturninus.

Aut facta puniuntur, ut furtæ, cæ-
que: aut dictæ, ut conuitia, & in-
duocationes: aut scripta, ut falsa,
amosi libelli: aut consilia, ut con-
itiones, & latronum conscientia,
sque alios suadendo iuuisse, sceleris
nstar.

Cæta quæ corpore perpetrantur, opponit
s, quæ verborū turpitudine admitti so-
significatione scilicet strictiore: ut tāto
cla-

clarius insinuet studiofis delictorum & pœnarum varietatem per causas materiæ simul & formæ. Alioqui generalis facti appellatio omnia ista comprehendit. Nam scriptum non punitur, sed hominis nequiter scribentis factum. Quare omnes actiones pœnarum persecutoriæ, alias dicuntur ex facto vel in factum, alias ex te, id est, ex ipso maleficio.

l. Ex maleficio. Et l. Actionum genera. ff. De actionib. & obligationib.

Consilia hic ita accipiuntur, sicuti dici solet: *Malum consilium, consulti pessimum.*
l. Sepe; in fin. ff. De verbor. signific. Alioqui regulariter consilii sui peccatum nemo patitur.
l. Consiliij. ff. De reguli juris.

Præterea probat Claudio huc pertinere corruptores animorum, quales hodie sunt multi. Nam qui suadet alii malum, is iuare videtur insaniam delinquentis, & maleficij particeps est, perinde ac si ope, vel consilio eum iuisset. *l. i. ff. De seru. corrupt. Persuadere autem (inquit Vlpianus) est plus quam compelli atque cogi sibi parere.* Sed Persuadere *πεινω* est. Nam *Et bonum consilium quis dando potest suadere, & malum.* Et ideo Prætor adiicit, *Dolo mato.*

Sed haec quatuor genera consideranda

sunt septem modis: caussa, persona,
tempore, qualitate, quantitate,
entu.

Ieneravocat caussas delinquendi tam latentes, ut de omnibus malefactorum cibis possint praedicari. Modos appellat umstantias, ex quibus ceu notis rerum ersonarum communibus & externis aesti-
tur iuris definitio: non solum in pœnis etorum, quas hic secundum subiectam eriam prosequitur: verum etiam in ob. contractibus, & humanarum functi-
m negocijs, ut & supra probatum est.

Caussa, ut in verberibus, que im-
ita sunt à magistro allata, vel pa-
te: quoniam emendationis, non in-
a gratia videntur adhiberi. Puni-
ur, cum quis per iram ab extraneo
itus est.

iussam accipe speciali significatione,
a ratione finali, quæ mouet aliquem ad
ndum, aut etiam non faciendum, O-
enim denominanda sunt à fine, ob quē
Ecce enim caussa emendationis est

G longe

longe honestissima, & necessaria ad finem
educandorum hominum, & ad retinendam
politicam societatem. Ergo ex hoc loco col-
ligitur ius, scilicet, non esse improbandam,
ut C. De emendatio. propinquu. l. Prætor. §. Præ-
terea. Et §. sequ. ff. de iniuri. l. Sed & si quem-
cunque. §. ff. ad leg. Aquili.

Ex diuerso: Finis pulsandi, est priuata vin-
dicta ex deprauato affectu procedens. Igitur
& diuino & humano iure debet euitari.

Eodem modo contractus, si conuentio-
nis cauissa est honesta communicandarum
rerum, permittuntur. Sin autem ad turpitu-
dinem tendant, vellæsionem proximi: non
valent ipso iure, aut reuocandi sunt.

Personam dupliciter spectatur: ejus,
qui fecit: & eius, qui passus est. Ali-
ter enim puniuntur ex ijsdem facino-
ribus serui, quam liberi: & aliter, qui
quidquam in dominum parentem ve-
ausus est, quam qui in extraneum, in
magistratum, vel in priuatum. In hu-
ius rei consideratione, atatis quoque
ratio habeatur.

Mirum

lrum dictu est , quantam varietatem
in delictis , tum in contractibus adfe-
ersonarum differentia. Quum enim sta-
nt diuersi: non possunt eadem censer-
ium delicta. Inde est , quod inferius tra-
tura: aliter puniendum esse priuatum
inem , quam vniuersitatem . Qua in re
i falluntur.

d nonne iniustum est (dicer quis) ex i-
n delictis diuersam statui pœnam ? Ma-
itne vnius & que ac aliis ? Respondeo.
volueris rationem huius loci inuesti-
non est respiciēdum ad turpitudinem ,
Cicero in Paradoxis non absurde , ad
tremendum homines , per omnia delicta-
tat parem esse : verum ad utilitatem
iblicæ , ac humanae societatis conser-
nem vettenda est cogitatio. Ea enim
ordinem quendam politicum : ordo
entiam personarum : differentia pro-
diuersum ius , tam in meritis , quam in
præsertim , quod sublimiores & bonæ
homines , non tam leuiter ducantur ad
quendum , quam fex plebis .

Iare duplex est iustitia : Distributiva ,
nicuique suum tribuit meritum & pœ-
habita personarum ratione . Cōmuta-
juæ rerum cōmunicationē performas

constituit, æqualiter ab omnibus seruandas, non distinguens personas. Quod tyro iuris diligenter obseruabit.

Locus facit, ut idem vel furtum, vel sacrilegium sit: & capite luendum, vel minore supplicio.

Locus hic, pro sua cuiusque reiquam obtinet sedē, accipitur. Et ista est vulgaris loci significatio. Alias metaphoricōs intelliguntur pro nota rei communis, cuius velut perpetuæ sedis admonitu, quid in quaq; re probabile sit, potest inueniri, sicut supra accipi diximus.

Ecce autem, quantam vim habent rerum & personarum circumstantiæ, adeo, ut locus quoque variet iuris sanctionem. Pro furto enim non infligebatur olim pœna capitinis, nisi propter loci religionem.

Ex his apparet, non esse antinomiam inter hanc legem, &c. Diuī Seuerus & Antoninus. ff. Ad legem Iul. pecula. Res priuatorum (inquit Martianus) si in edem sacram deposita surrept & fuerint, fursi actionem, non sacrilegij esse. Nam ibi res priuatæ non habent locum suum. Ergo non potest delictum ex eo crescere, ut sit pœna capitinis, iuxta l. Sacrilegi. ff. Eod. tit.

Hinc

Hinc & illud solet probari, grauiorem
è iniuriā, quæ in domo propria, quam
æ alibi admittitur. l. Plerique. ff. de in ius-
cando. Quamobrem principes multo se-
rius solent punire viam armatam, quæ in
la, quam quæ alibi contingit. Et locus
Inferis atrociorēm facit iniuriām. §. Atrox.
tit. de iniuriā.

Tempus discernit emansōrem à fu-
tiuo: & effractorem, velfurem di-
num à nocturno.

Nulla est qualitas, quæ in rebus humanis
aiorem vim habeat, quam temporis vicis-
tudo. Tempus enim dat rosas & mutat o-
nia: cuius qui rationem non habet, is plā-
e nihil potest in iure secundum æquitatem
finire. Claudius est hisce duobus exemplis
fugitiuo & fure contentus, de quibus in l.
§. Emansor. ff. de re milita. l. I. & 2. ff. de furib.
ilnea. l. si. ff. de effractori. & l. Futurum. ff. de
ndictio. furti. Tu infinita potes ex iure pro-
erre exempla, in quibus statutum mutatum
est ius pro temporum ratione.

Porro, tempus est ex cœli Solisque verti-
ne deductum spaciū, quo rerum omni-
m agitationem vicissitudinemque meti-
tum.

mur. Quo respiciens Christus ipse, mutationem rerum nobis ob oculos posuit, cum diceret, Vnius diei, scilicet breuiuscum temporis, duodecim horas esse, quæ hominem sape in aliam sententiam pertrahunt.

Qualitate: cum factum vel atrocious, vel leuius est: ut furtum manifestum nec manifestis discerni solent; rixæ à grassaturis, expilationes à furtis, à violentia petulantia.

Qualitatem hanc intelligi pro circumstantia, quæ ad factū ipsum peculiariter pertinet, & distat à quantitate. Alioqui omnes prædicti septem modi sunt qualitates, quæ incident plerunque, & variant delicta atque contractus. Probat autem, hanc qualitatem auctoritate Demosthenis, quem quisquis ille fuerit, ineptissime vertit. Dn. Haloander sic restituit eleganter.

Οὐ γάρ οὐδενὸν τοῖς ὄργανοις, αὐτὸν ἀπέμινε: γένετο τὸ πύριον τοῖς ἐλαφρέσις εἰς δεῖνον (καὶ τοῖς ὀρθεῖνον) αὐτὸν τὸ ἐφ' ὕψος. πολλὰ γάρ αὐτοῖς σχένεται πύριον, ὡς ἔρδες αἴθωνται, ὥν ενιαὶ οἱ πατέραις τοῖς αὐτοῖς σείλαι σύνανθετέραι, τοῖς φύματι, τοῖς

βλέμμα-

λέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ᾧς οὐδείς θεος, ὅταν ᾧς εἷχε
οὐ πάρχων, ὅταν ηγούδηλοις, ὅταν ἐπὶ ιερόρριψ.
ἄποκιναι. τοῦτο ἔξιστον αὐθάπτος, ἀνθεῖσθιας,
ιωφηλακίζειτο.

Hoc est:

Non enim plaga iram concitauit, sed ipsa fā
i indignitas: neque tam ingenuis graue est cæ-
(quanquam graue sit) quam per contumeli-
nā cadi. Siquidem multa is, qui alium cedit, ad-
ittere potest, quorum magnam partem is-
ii verberibus affectus est, habitu corporis, vul-
i, vociferatione, nunc ut contumeliam infe-
ns, nunc ut inimicum se gerens, nunc pugnum-
scens, nunc in malam cedens, alteri renunci-
e ac representare nequit. Hac ipsa mouent. Hac
statu mentis deturbant homines propudij ac-
gillationis non assuetos. Hactenus ille.

Describit autem Demosthenes qualitates
iuriarum, quæ tam variæ sunt, ut audien-
bus non æque possint repræsentari vel in-
tuari, atque rei veritas haberet, & apparere
ossunt coram videntibus, vel æstimari ab i-
qui iuriā patiuntur.

Quantitas discernit furem ab abi-
eo. Nam qui unum suem surripue-
rit,

rit, ut fur coeretur: qui gregem, ut abigeus.

Sicut qualitas similitudinem vel dissimilitudinem rei ostendit: ita quantitas diuisionem in partes. Quantitatis autem ratio multum operatur in delictis, in contractibus, & iudiciis.

I. Hic est exemplum *ex l. fin. in princ. ff. de abige.* II. Pro minimis delictis non est exacerbanda pena. I. *Res piciendum. ff. de poenis.* III. Differentia inter deceptionem magnam & modicam de precio rei venditae. IIII. Praetor in litibus deobularibus, sumptus & cognitionem debet moderari.

Euentus spectatur; ut à clementissimo quoque facta: quanquam non minus Lex eum, qui occidendi hominis caussa cum telo ferit, quam eum, qui occidit, puniat. Et ideo apud Gracos exilio voluntario fortuiti casus luebantur, ut apud praecipuum poetarum scriptum est.

*Ἐντὸς τοῦ τερτίου ἐόντα Μεροῖτος ἐξ Οπόσιλος
ηγα-*

θυμέτερος δ' αὐδροκτονίας ταῦλυρῆς,
η τῷ, ὅτε πᾶσα κατέκλειστο Αμφιθάλαιο,
τῷ σὸν ἐγέλων, ἀμφ' ἀσεχτάλοισι χλω-
Id est.

Quo puerum me tempore vestras duxit
edes,

ix Opoente pater, dira pro cæde patrata:
Ob talos nempe ira percitus, Amphida-
ntis.

Cum gnatum imprudens simul inuitus-
perem.

Euentus itaq; delictum censi facit non-
iquam in clementissimo homine, puta,
misericordiam intempestiuiter exercet,
nulta sunt Iuris exempla. Tametsi perfa-
, & animi dolosi ratio, tollit aliquando
infectionem euentus. l. Diuus. ff. ad leg. Cor-
i. desicari. l. Is qui. C. eod. tit. Et inst. De
lic. iudici. §. Item lex Cornelia.

Cæterum, euentus considerationem ma-
am fuisse & olim apud Græcos, probat ver-
Homeri de exilio voluntario, hoc est, ar-
rario, quod casu hominem occidentibus
lici solebat. Sic enim & temporarium ex-
im appellat Arrius Menander, in l. Qui cum
o. ff. deremilita.

Exemplaria vulgo habent (à dementissi-
) vel Accursio teste. Quam lectionem
non

non sequor: quoniam dementissimus quo modo delinquet vel punietur illa ratione? Accedit autem ad postremum hoc de exilio voluntario, l. 3. §. 1. ff. *Ad leg. Corne. de sicari.* Sed ex Senatus consulta (inquit Martianus) relegari iussa est ea, que non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, que acceperat, decessit.

Euenit, ut eadem scelerata in quibusdam prouincijs grauius plectantur: ut in Africamessum incisores, in Misia vitium: ubi metalla sint, adulteratores monetae. Nonnunquam euenit, ut aliquorum maleficiarum supplicia exacerbentur, quoties nimiram multis personis grassantibus exemplo opus sit.

Vt penitissime nobis inculcat magnam Iuris varietatem, quæ ex predictis rerum & personarum circumstantiis secundum equitatem colligit: duas subiicit consequentes regulas, de exacerbandis maleficiarum peccatis propter nimiam frequentiam delinq-

uentis

endi. Accedunt l. i. §. Puniuntur ff. de abi-
l. Famosi. in fin. C. ad leg. Iuli. maiestat.



T I T. V.

YOMODO DIFFERANT
Ius summum, & Aequi-
tas.

Von est eiusuis Iurisperiti, discernere,
quomodo differant ius summum & æ-
uitas, quum tamen sine exactissima cogni-
tione huius differentiarum, non possit constare
fficum utriusque; multo minus in forum
erduci ad utilitatem Reipublicæ. Itaque in
etiam difficulti, duos civilis disciplinæ pro-
ratissimos auctores, ne impingamus, veluti
luces sequemur: Aristotelem scilicet &
Claudium Triphoninum: quorum partim
erbâ, partim sententias recensebimus bo-
na fide.

Aristoteles itaque lib. Ethic. 5. vt exalte
ostendat usum æquitatis, & quomodo distet
a summo iure, sic argumentatur. Aut dice-
mus æquitatem discedere à iure. Et tunc con-
sequi-

sequitur, eam esse iniustum. Quidquid enim discrepat à iure, est iniustum: quum ius à iustitia descendat *l. 1. ff. de iustiti.* & *iur.* Ergo non dabitur illi locus in Republica. Aut ponendum erit, alterum ab altero non discedere sed utrumque iustum atque laudandum esse: ut nihil sit aliud ius vel iustum, quam æquitas: Et contra, nihil aliud sit æquitas, quam ius seu iustum. Et sic erit consequens, unam esse differentiam inter ius & æquitatem, cuius meminit *l. 1. C. de legib.* Ad hunc modum (inquit Aristoteles) dubitari de æquitate solet.

Certe ad hunc modum adeo nunc dubitant omnes, ut nemo quidquam æquitatis, nisi nudum nomen agnoscat. Vnde sunt istæ clausulæ: *Peto mihi ius & æquitatem administrari.* Item, *Volumus unicuique trahi quod aequalis & iustum est.* Wir wollen thun / was billich vnd recht ist. Enim uero, si queras, quid sit bonum & æquum? audies ineptissima ab istis iactatoribus.

Respondet autem Aristoteles prædictæ argumentationi (ut solet) docte. Primus admonet: omnia suo modo intelligenda esse: nec pugnare inter se ista duo: *Æquum est dissimile iuri vel iusto: & Æquum est ius vel iustum.* Nam æquitas non discrepat à iusto

in genere, sed duntaxat in aliqua circumstantia: hoc est, æquitas non mutat præcepta iuris generalia: sed ad circumstantias peciales respicit. Eadem igitur sunt in genere: Ius seu iustum, & æquum: sed in speciem, quum melius est iure. Utunque quidem uidandū: æquitas tamen iuri summo prærenda est in administranda Republica.

Causa dissimilitudinis est (inquit Aristoteles) quia omnes leges sunt uniuersales: neque enim potest de singulis recte discerni in uniuersali. Quum igitur legem necesse sit uniuersaliter loqui, neque tamen recte de singulis in uniuersali institui possit: lex id constituit, quod plerunque aciendum est: nec ignorat hic sibi aliquid deesse. It tamen lex recta & iusta est. Nam quod lex aliquid omittit, id sit, non vitio legis, sed propter necessiorum dissimilitudinem. Talis enim materia est actionum, ut sive aliqua ex parte sint dissimiles in eodem genere.

Quando igitur lex uniuersaliter loquitur, accedit tamen aliquid ex parte dissimile illis, quorum uniuersaliter mentio fit: tunc defectus eius corrigendus est etenus, quatenus aberrauit legislator. Aberrauit autem propterea, quod necesse est eum uniuersaliter loqui. Ac si adesset legislator ipse, idem pronunciaret & exciperet hunc casum à lege iam lata. Quare iustum est, non

G · S qui-

quidem simpliciter, sed molius scripto iure. Hæc ille.

Ex ista disputatione forensi Aristotelis sa-
ne grauissima, ad amissim intelliges men-
tem Pomponij, qui vsum æquitatis breuiter
tradit, *in l. Iura constitui. Julianum, in l. Non
possunt. ff. de legib.*

Præterea fateberis, Doctorum altercati-
ones à vero iure tam longe distare, quam di-
stat æquitas à summo iure. Nam fons & cau-
sa veri iuris & æquitatis est; circumspicere
diligenter qualia sint, quæ caussam contin-
gunt: & tum conferre regulas iuris ad rem
natam, scilicet quæ commodissimæ viden-
tur. Porro, voluntas omnium legum hęc est:
ut interdum cedant temporibus, secundum
qualitatem rerum & personarum: ita tamen,
ut alia ratio iuris superior regat actionem.
Numerosa quidem extant cōmentariorum
& consiliorum volumina, &, si libeat diuer-
sitatē casuum perinde atque pueri solent
coruos, sequi, totidem & plura faciliter pos-
sunt scribi. Sed quid tum postea? Nam inter-
rim ex omnibus istis non constabit certa be-
ni & æqui ratio seu ars, qua utamur, cum in
foro, hoc est, cum de casibus iam natis sit di-
iudicandum per circumstantias, quid fieri
vel non fieri oporteat. Quinimo una iustitia
regū-

gula ex natura producta plus hoc conserret, quam omnes omnium commen-
tarij.

Summa itaque differentia inter sum-
mum ius & æquitatem est hæc. Summum
ius semel statuit in yniuersum.: de nego-
ijs tantum futuris dat honestatis principia:
ræter vniuersalem sententiam nihil per-
endit, neque ab ea discedit.

Æquitas vero singulas negotiorum spe-
cies curiose perlustrat: perpendit casus præ-
entes, & in iam natis hominum controvær-
iis dijudicat, quæ nam inter multas legum
ormulas adhibenda sit ad diffinitionē quæ-
tionis, totane an pro parte. Quemadmo-
rum non illud sufficerit ad sutoris opifici-
um, si multas habeat calceorum formas: ve-
num in eo maxima vis erit, vt viso emporis
sedè, per pensaque illius circumstantia, certo
possit discernere formam omnium quas ha-
bet conuenientissimam. Sic item laudabilis
est pharmacopolæ opera, vt multas compo-
nat medicinarum species, quæ ad futuram
necessitatem sint statim paratae. Verum me-
dicatis artis in eo maxime versabitur, vt mor-
bum diligenter cognoscat cum omnibus su-
is accidentib. & tū eligat phārmaca, quæ pre-
sentissime deseruēti lāguēti naturę hominis.

Nem.

Nempe, quod iura controversiis non aliter; quam medicinæ morbis mederi debent.

Adiijciamus exempla. Ecce enim, summi iuris perpetua est thesis: Emptiones & venditiones iure ac solenniter factas, rescindi non oportere. *l. Ratas. C. De rescindend. venditio.* Istud axioma semper honestum est in suo genere: quia habet caussam naturalem. Iam si pergas inflexibiliter in omnibus quæ accidunt factorum speciebus continuo pronunciare: Venditiones oportere ratas esse: occurreret faciliter thema in foro, cui summum illud ius erit summa iniuria: Vt pote, si publica utilitas reclamet, vel conditio personæ, vel pretij vilitas. Itaque his casibus, aut aliis huiusmodi, respecta negotij circumstantia, æquitas rescindit venditionem, aut consulit alio modo. Et interim tamen non improbat ius illud: Emptiones & venditiones fore ratas: sed suspendit plusculum ab hoc casu recens incidente.

Eodem modo summi iuris regula est: Formam in iudiciis & solennitatem obseruari oportere, adeoque loco ad hoc designato more maiorum. *l. 2. §. Deinde ex his legibus. ff. de origi. iuris. l. ff. ff. de iustiti. & iur. Recte quidem. Cæterum, si incident caussæ, quarum circumstantia postulat celeritatem: æquitas*

s remittit obseruationem processus (ut vo-
ant) & ordinis iudicarij: non, quod gene-
raliter improbet moderatam cognoscendæ
aussæ formulam: sed in præsente casu, pro-
pter circumstantias personarum, rerum, vel
temporis, non admittit solennitatem: sicut
infra latius prosequemur.

Et hæc quidem atque id genus alia fiunt
secundum voluntatem summi iuris paulo
ante citari. Sciebat enim legislator, cum le-
gem statueret, multa illi deesse: quippe non
ignorabat, in tanta mortalium rerum varie-
tate futuras esse casuum species, quibus nul-
lo modo tale ius conueniret. Interim relin-
quebat illas æquitati, cum inciderent, diffi-
niendas.

Vnde vides, quomodo generaliter verum
sit: Ius idem est quod æquitas. Imo, verum
ius est æquitas. Quomodo rursus in speciem
non consequatur: Ius dictat sic: Ergo in hoc
casu est æquum. Nam in speciem longe di-
stant ius & æquitas. Et multi haecenus ex-
cellentissimi fuerunt iuris periti; verum æ-
quitatis non admodum consulti. Quare iu-
uentus nostra non tam in ediscendis regulis
iuris, quam in colligenda æquitate, diligen-
ter exercenda est. Et haecenus Aristotelis
disputationem indicasse sufficiat.

Videamus nunc elegantem Triphonini tractationem, in qua distinguit æquitatem à summo iure.

TRIPHONINVS LIB. IX.

Disputationum.

Exemplo hoc cum primis perpendere licet, quam graues atque viles reipublicæ fuerint Iuris consilio disputationes: quam concinne respexerint forum, *iuxta l. 2. §. His legibus. ff. de orig. iur.* Contra vero, quam leues nuper & affectatæ fuerint commentatorum altercationes, quanquam prorsus extra forum nostrum, multis modis ansam calumniandi præbeant.

Verba legis sunt hæc.

Bona fides, quæ in contractibus exigitur, æquitatem summam desiderat.

More optimi præceptoris in re difficultate præmittit thema, quod Cicero propositum vocat. *Bona fides, hoc est, sincera contrahentium mens nullius fraudis cōscia: quanhen-*

dóquidem per se innocentissima res est: si in controuersiam pertrahatur, summam postulat æquitatem iudicandi, adeo, ut sæpe in iure, & in hac ipsa lege, bona fides pro æquitate accipiatur, ut supra probatum est.

Opponitur autem fraudi & dolo, vnde procedit iniquitas. L. 3. in fin. ff. Pro socio. Idem thema est in lege Bonam fidem. Cod. de actionibus & obligat.

Sed eam utrum estimamus ad meum ius gentium, an vero cum praecptis ciuilibus, & prætorijs?

Ex themate dicit quæstionem. Quum enim de bona fide sola æquitas iudicet, ut potest ex conscientia quoque procedens: valde necessarium est inuestigare, ad quam iuris formam æstimare oporteat æquitatem: naturalis ne an ciuilis, an simul utriusque? Et quo melius accipiamus, adiicit exempli loco pulchram facti speciem.

Veluti, reus capitalis iudicij depositus apud te centum: Is deportatus est. Bona eius publicata sunt. Utrum ne ipse:

*ipsi hæc reddenda, aut in publicum de-
ferenda sunt.*

Hypothesin hanc seu caussam (vulgo ca-
sum dicunt) Triphoninus proponit quidem,
sed non diffinit, ideo, quia nondum differuit
de forma colligendæ æquitatis. Qua abso-
luta, tum demum videbimus, quomodo sit
respondendum. Quare Accursius insulsissi-
me, nec aliter quam sus in rosas irruens, di-
cit Iurisconsultum non respondere: verun-
tamen bona deposita potius in publicum
deferenda esse, respondendum sibi videri.
Iudicat autem contra mentem authoris,
nondum tota lege perspecta, & ne quidem
themate intellecto.

Quin potius igitur illud erat admonen-
dum: Quod Triphoninus in hoc exemplo
deportati, usus est foro, quod tum fuit apud
Romanos, qui bona solebant publicare. Ve-
rum hodie optima æquitatis ratione prohibi-
bita est bonorum publicatio. Nouell. De vice-
rijs seu locum tenentibus. §. fin. Cōstit. CXXXIV.
Ut autem (inquit Iustinianus) non solum cor-
porales poena, sed etiam pecuniariæ moderatores
fiant: sancimus, si illi, qui in iudicio postulantur
de criminibus, in quibus leges publicationem bo-

rum, aut mortem definiunt, conuincantur, aut
 redemnentur: ne bona ipsorum vel Magistrati-
 s, vel eorum cohortibus lucro cedant: sed ne quo-
 undum veteres leges addicantur fisco. Sed si qui-
 m descendentes habeant, ut hi bona obtineant.
 ceptis ijs, qua per tale ipfis delictum accesserunt.
 nulli descendentes subsint, sed ascendentis: us-
 que ad tertium gradum & ipsi obtineant. Sin ve-
 qui ita damnati sunt, uxores habeant: omni-
 us modis, ut h&pam dotem, quam donationem
 upfialem capiant. Sed & si sine dote huiusmo-
 personis fuerint in matrimonio: legibus nostris
 finitam portionem ex uniuerso damnati ma-
 monio capiant: siue liberos habeant, siue non.
 Quod si neminem pradictorum habeatis, qui de-
 quit: tunc fisco bona cius addici volumus. In his
 amen, qui perduellionis crimine damnati sunt,
 eteres conseruarileges volumus. Hanc autem
 ulchram iuris mutationem Accursius debe-
 bat indicare studiosis, cum falsam diuina-
 et responcionem, quam author nunquam
 cogitauit.

Si tantum naturale & gentium ius
 intueamur: ei qui depositit, restituendafunt.

Ostendit nunc priorem iuris gentium in-
 spe-

speciationem, hoc modo. Si consideremus regulam summi iuris naturalis: ea præcipit, deponenti esse reddendum id, quod deposuit: quia totum fidei depositarij est commissum. *l.i.in prin*c.*.ff. depositi.* Et graue est atq; iniustum, fidem fallere. *l.i.in prin*c.*.ff. de constit. pecuni.*

Accedit & alia juris naturalis ratio. Nihil enim tam naturale est, quam eodem genere quodque dissolui, quo colligatum est, ut dicit Ulpianus *ff. de regul*c.* iuris.* Sed depositum est contractum re tradita depositario. Igitur natura dictat, ut eodem modo restituta deponenti re ipsa sese liberet. *Instit. Quib*c.* mod. re contrahi. obliga.*

Ecce, vtraque regula quanquam naturalis, summi tamen iuris est, & probat alterum extremum pro deponente.

Sic ciuile ius, & legum ordinem: magis in publicum deferenda sunt. Nam male meritus publice, ut alijs exemplo ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet.

Hæc est thesis & regula summi iuris ciuilis, quæ in altero extremo prorsus repugnat præ-

ædictæ regulæ iuris naturalis : quia utramque per se ac nuda consideratur. Vult itaque unum ius ciuile puniri delicta , etiam cunctate delinquentes , si atrocias sint , ut hic , l. i. §. Hac autem separatio . Hoc tit. & l. i. C. d leg. Iuli. repetunda . Ut unius poena (inquit ratianus & Valentinianus) metus possit esse ultorum . leg. Diuus Hadrianus . ff. de custodi . exhibitio . reor . Sed & si quid (ait Pius Imperator) maligne interrogasse , aut non dicta relisse pro dictis compererit : ut vindicet in exemplum , ne quid & aliud postea tale facere motur .

Et hactenus indicauit Triphoninus , quod omo tractentur regulæ iuris summi , tam naturalis , quam ciuilis : tacite docens , exactitatem ex collatione utriusque proficiisci , infra declarabit . Quandoquidem autem a collatio fieri non potest , nisi perpensis diligenter facti , de quo queritur , circumspectis ideo nobis exemplum elegas paulo post bijciet . Interim differit , quemadmodum etum sit expendendum respectis omnibus circumstantiis .

Incurrit hic & alia inspectio .

Si alia adhuc inspectione opus est ad extiendam æquitatem , necessario sequitur .

Tri-

Triphoainum hucusque non respondisse ad propositam quæstionem , & ne quidem respondere utiliter potuisse, quid dictet æquitas de bonis apud deportatum depositis : nisi ista inspectione circumstantiarum absoluta. Errant proinde toto cœlo, qui cum Accusatio mox audita collatione summi iuris, temere ac male pronunciant, cum hic, tum alibi in iure. Inspectio itaque facti est hæc.

Bonam fidem inter eos tantum, quos inter contractum est, nihilo extrinsecus adsumpto, estimare debeamus: an respectu etiam aliarum personarum, ad quas id, quod geritur, pertinet?

Sicut de iure inspicioendo quæsitum est: utrum merum ius ciuile vel naturale simpliciter sit perpendendum, an mixtim? Ita nunc de ipsofacto proponit, an simpliciter sit considerandum, nihilo extrinsecus adsumpto, hoc est, sine ullis circumstantiis: an vero illas quoque perpendere oporteat? Et, quo magis intelligamus, quid sit estimare circumstantias facti: addit exemplum, in quo expressius patent, quam in præcedente: præser-

sertim, quomodo æquitas cedat æquitati propter circumstantias.

*Exempli loco. Latro spolia mihi ab-
tulit, depositumque apud Seium inscium
de malitia deponentis. Vtrum latroni,
in mihi restituere Seius debeat? Si per
edantem accipientemque intueamur:
ac est bona fides, ut commissam rem
ecipiat is, qui dedit.*

Ecce, quantam vim habeat inspectio fa-
ti & circumstantiarum eius, ad exutien-
am æquitatem. Si enim in hoc casu simpli-
iter respiciamus deponentem & deposita-
um: bona fides, hoc est, æquitas dictabit,
deponenti reddatur. *l. Quod seruus, in prin-
p. Hoc tit. Probatum est latius in superiore
usu primi exempli.*

*Si totius rei æquitatem, que ex o-
nibus personis, que negotio isto con-
nguntur, impletur: mihi reddenda
int, que facto scelestissimo adempta
nt.*

*Hoc est, Si ex omnibus circi m̄tantii iste
H̄ tius*

ius negocij perpensis impleamus, & perfec-
tam diffinitionem æquitatis arbitremur,
secundum regulas iuris naturalis iuxta & ci-
uilis: tunc nemini videbitur, quin domino
sua res sit reddenda, non latroni.

Qualitates autem vel circumstantiae sunt
istæ: Deponens est latro: Res est spolium
scelosissimum: Deponendi causa processit
ex malitia. Quid igitur hic facit æquitas?
Certe non reprobat, non arguit iniquitatis
rationem præcedentem: verum in hoc casu
non admittit. Quemadmodum sutor for-
mam calcei non ideo proiicit, quod empto-
ris vnius vel alterius pedi non deseruiat: sed
custodit in aliud tempus.

Accursius hic crassissimam suam boni &
æqui ignorantiam prodit: arripiens statim
istud summum ius, quod Triphoninus pro
altero collationis membro, exempli gratia
ponit. Et nota (inquit) quod huic questioni non
respondet. Tamen ego dico: ea potius in publicum
referenda. Hæc ille. Ego autem dico: quod
docet hoc loco grauissime, quomodo non
solum propositæ quæstiōni, sed omnibus
quoque id genus aliis sit respondendum, &
quod Accursij responsio sit falsissima.

*Et probo hanc esse iustitiam, que
suum*

*sum cuique ita tribuit, ut non distra-
batur ab ullius personæ iustiore peti-
tione.*

Hoc est, In applicandis ad circumstantias facti regulis summi iuris, eo usque semper progrediendum est diligendo, donec ad eam peruenias, quæ iustiorem, respectu illius casus, non habeat. Sic enim fiet, ut nemo tali diffinitione lœdatur, quæ omnium rationem habuit: & nemini quidquam aufert. Nam in omni negocio cum dubitatur, quid sit æquum & iustum: conferendæ sunt formulae iuris cum circumstantiis facti, & eosque progrediendum est, donec peruenias ad illam, quæ nemini aufert ius suum, publice vel priuatim. Quod si unam atque similem regulam iuris non inuenias, quæ totum negocium diffiniat: miscendæ sunt plures ex naturalibus & ciuilibus præceptis, ut quietatem elicias.

Hoc igitur apophthegmate Triphoniis ad omnes quæstiones eruditissime responderet.

Ad illam: Vtrum æquitatem æstimarebeamus ad merum ius gentium, an vero in præceptis ciuilibus: sic sentit. Miscentur
H 2 22

dæ sunt regulæ iuris naturalis & ciuilis. Nam naturales præceptiones, quandoquidem non ita multæ, propter cognatam cœcitatem nostram, colligi possunt: nullo modo sufficiunt iam variis mundi negotiis: ideoque non est contemnenda Magistratum & bona consuetudinis authoritas.

II. Ad quæstionem deportati: Vtrum centum apud cum deposita sint domino reddenda, an in publicum deferenda: sic hodie dicendum est. Dispiciendæ sunt circumstan-
tiæ: num alios contingat negocium, puta, creditores. Nam primum, non dicuntur bona, nisi deducto ære alieno. l. 2. §. 1. ff. de col-
latio. bonor. & l. Subsignatum. §. 1. ff. de verbor.
significatio. Iabolenus in l. non possunt. ff. de
iur. fisc. Non possunt (inquit) ulla bona ad fiscum pertinere, nisi qua creditoribus superfutura sunt. Id enim bonorum cuiusque esse intelligitur,
quod æri alieno superest. Deinde, an extent, vel
nascituri sint ex vxore forte prægnante libe-
ri: quorum rationem haberí dictat æquitas.
l. vlti. ff. de bon. damnato. Ergo his casibus nec
olim, multo minus hodie ista centum à de-
portato, ut in themate propositum fuit, de-
posita, debent reddi fisco: sed creditoribus,
aut heredibus. Nouell. de vicari. seu locum te-
nentibus. §. vlti. Constit. CXXXIII. Huic au-

tem

tem Triphonini loco respondet §. si. *Instit. de his qui sunt sui vel alie. iur.*

III. Ad quæstionem de latrone deponente spolia: Triphonius responderet: *Quod domino, non latroni deponenti sint reddenda.* Sed, obstatne prohibitio pœnalis Iustiniani, qua vult neminem impedire posse restitutio depositi: *Respondeo, Nihil obstat: quia loquitur de impedientibus ex alia caussa, quam dominii adempti.* Multo minus refragatur l. i. §. *Item Pomponius. ff. Naut. cap. stabu.* Nam est ibi aliud iudicium, & alia deponentis persona.

Pergit tandem Triphoninus ostendere plures circumstantias in deposito latronis vel furis, quo commodius nos exerceamus æquitatis inuestigatione.

Quod si ego ad petenda ea non veniam: nihilo minus ei restituenda sunt qui depositum: quamvis male quaesita depositum. Quod & Marcellus in prædone & fure scribit.

Prima circumstantia præcedentis casus sic habet. Pone, dominum spoliatæ rei non vindicare eam: & tamen depositarium nolle restituere deponenti, opposita exceptio-

ne, eum non esse dominum. Quid erit? Summo iure non videtur latroni competere aetio: quum nihil eius intersit honeste, praeterquam quod de praeda sollicitus videtur. l. Si minoris. l. Quoties. §. Item si temporali. ff. de administra. tutor. l. Si pupilli. §. si. ff. Negotio. gestor. Aequitas vero qualitatem rei perpendens, dat illi actionem: quia depositarius longe inhonestius rem alienam retinere: primum, frangere deponenti fidem malo exemplo; deinde, locupletaretur re aliena. l. i. In princi. ff. Depos. l. Nam hoc natura. ff. de condicio. indebit.

Sed ubi scribit hoc Marcellus? Respondeo, verbis Ulpiani, in l. i ff. Depos. Si predo (inquietis) vel fur deposuerit, & hos Marcellus libro sexto Digestorum putat depositi recte acturos. Nam interest eorum, eo quod teneantur. De actione commodati quoq; idem scribit Marcellus, in l. Ita ut fur. ff. Commodat. iunct. l. preced.

*Si tamen ignorans latro, cuius filio, vel seruorem abstulisset, apud patrem dominum uive eius depositum ignorantem nec ex iure gentium consistet depositum: cuius haec est potestas, putabij, non
de-*

domino sua ipsius res quasi aliena, seruanda detur.

Secunda circumstantia superioris casus delatrone deponente sic variatur. Ponamus latronem apud patrem dominumve ipsum deposuisse rem, quam filio vel seruo (nos dicamus famulo) abstulerat. Quid iuris? Omnes regulæ iuris & æquitatis dictant, latroni non esse reddendam rem: quoniam nullum est depositum, cum mea res nihil traditur, etiamsi utraris formula seu verbis quotilibet contractuum. Julianus. ff. Deposit. Qui rem suam (inquit) deponi apud se patitur, vel utendam rogat: nec depositi, nec commodate actione tenetur. Sicuti, qui rem suam conduxit, aut precario rogat: nec ex precario tenetur, nec ex locato. l. Neq; pignus. ff. de regul. inr. l. Ei à quo. ff. de usuc. l. Qui rem propriā. C. Locat.

Nec mouere nos debet l. Certe si interim. §. fi. Et l. seq. ff. de precari. Vbi debitor idemque dominus precario rogat possessionem rei suæ à creditore, quia possessio, quæ rogatur corporalis, est aliena & apud ereditorem, ubi declarans Vlpianus: Mihi videtur verius (inquit) precarium consistere in pignore: quum possessionis rogetur, non proprietatis. Et est hac sententia etiam utilissima. Quotidie enim

precario rogantur creditores ab his, qui pignori derunt: Et debet consistere precarium.

Quid igitur est, cum res mea apud me deponitur, aut quo nomine debet appellari? Respondeo. Restitutio est & dicetur: quoniam nihil contrahitur, sed res ad dominum suum credit.

Potestas autem multa significat, ut int. Potestatis. ff. de verbor. significat. Hic autem ponitur pro caussa finali, & effectu contritus.

Et si rem meam fur, qui me ignorantem subripuit, apud me etiam nunc delictum eius ignorantem, deposuerit: recte dicetur non contrahi depositum: quia non est ex bona fide, rem suam dominum prædoni restituere compelli. Sed & si etiamnum ab ignorantem domino tradita sit, quasi ex causa depositi: tamen indebiti dati condicatio competit.

Tertia circumstantia variatur de latrone ad furem: quoniam frequentius euenire potest, quod fur deponat apud dominum, scilicet,

licet, ignorans s^epenumero cuius sit res, quam subripit: quum latro vi aperta rem auferens videat personam spoliati, & vix possit ignorare. Hoc itaque casu fur multo minus habet actionem depositi, quam præcedente latro. Imo, si possessionem corporalem ignorans restituerit furi, aut illius procuratori: habet condictionem indebita.

Possent multo plures circumstantiæ circa hunc casum alia ex alia variari ac proponi: sed Triphoninus relinquit eas æquitati, cum inciderint: contentus ostendisse diligenter, quomodo æquitas ex iure & facto sit æstimanda.

Tali autem modo proponenda est tyronibus iuris. Primum series facti cuiuslibet frequentioris. Deinde in eo ostendendum est summum ius. Demum æquitas ex circumstantiis. Hunc enim tractandi iuris ordinem ostendit umbra quædam, quæ & ipsa raro obseruatur: cum interpres legum tractant rationem dubitandi, & rationem deciden- di. In consiliis item, cum primum referunt obiectiones quasdam: deinde quam veram putant iuris sententiam. Sed summo vix dignito ista haec tenus ostenderunt legulei superioris seculi, propemodum ex more ceremoniali eandem semper repetentes cantile-

H. 5. nam,

nam, sine villa cognitione æquitatis, hoc est,
sine collatione iuris, & circumstantiarum
negocij.

Ex hac itaque preclara Triphonini dispu-
tatione, depictam habemus suis pennis æ-
quitatem: quam an ad amissim intelliga-
mus, periculum facturi, repetamus omnes
illius caussas quodam epilogo.

Quæ nam est efficiens cauſſa æquitatis?
Respondeo: Deus, qui naturam humani ge-
neris sic condidit, ut omnia quidem de futu-
ris negotiis certo præscribere non possit ul-
lo modo: tamen noticiam quandam nobis
insculpsit, ut possimus certas aliquas hone-
statis formulæ præscribere generaliter, ad
quas omnes factorum species, quando cum
que incidentes, exigantur arte quadam
boni & æqui, hoc est, perpensis atque
collatis certa ratione circumstantiis, ut di-
ctum est.

Cauſſa materialis quæ est? Respondeo:
Materia ex qua sit æquitas, est ius naturæ,
ius ciuile, boni mores: Nam ex his fit pul-
chra quadam ac Républicæ salutaris mi-
xtura per iudicium animi incorruptum. Ma-
teria, vero, circa quam exercenda est æqui-
tas sunt infinita hominum negotia, scilicet
cum incidunt, Tunc enim pro re nata
ius.

iustitiae applicabitur secundum circumstan-
tias, quæ ad causam pertinent.

Hinc videmus quod roties dicitur : du-
plicem esse quæstionem, alteram iuris, alte-
ram facti. Et, quemadmodum de dupli significatione verborum & rerum dicere sole-
mus : ita iuris quoque cognitio dignior, fa-
cti autem prior est. *l. Verum negotium. ff. de do-*
natio. int. vir & uxor. aliisque locis passim in
toto iure. Nam æquitas nihil aliud est, quam
ius ex facto secundum qualitatem eius recte col-
lectum. Et tali modo accipe: In facto ius es-
se positum, sicut supra probauimus.

Formalis causa quæ est? Respondeo: Ut
conferantur diligenter facta iam incidentia
cum circumstantiis suis (pertinentibus in-
quam) ad formulas iuris: non aliter, quam
ædificia probari solent exhibita principali-
oribus eorum partibus norma. Non potest
autem elegantius tradi formæ cum exemplis
suis, quam apud Triptoninum, *in l. Bonafides.* supra vidimus.

Ethinc manifeste apparet longa differen-
tia inter ius & æquitatem; Ius statuit, or-
dinat, concipit formas de moribus, quos
putat in usu frequentes fore: Cæterum non
applicat huiusmodi statuta circumstantiis
suis: quoniam res nondum natas diuinare
non

DE IURE ET

non potest legislator. Aequitas vero dispensat ista omnia, & docet nos, quomodo incidentes controversias sine villa laesione celeriter dirimi oporteat.

Causa finalis vel effectus qui est? Respondeo: Ut seruetur æqualitas humanarum rerum, quæ maxime inter se sunt dissimiles: ut que conseruetur Reipublicæ salus, quæ in rectis iudiciis plurimum consistit, & sic transfigatur istud ærumnosum huius vitæ momentum, ad gloriam Christi & æternæ vitæ.



T I T. VI.

*IURE SCRIPTON E, AN
Aequitate iudicandum
fit.*

Hanc questionem commentatores diminute tractant, & multis altercationibus confundunt, *in l. Placuit. C. de iudici. Et l. i. C. de legib.* Quorum locorum quam dicunt antinomiam, dum tentant conciliare, magis ipsi statuunt, ubi nulla est. Nos ho-

hodiernis moribus deseruientes, partiemur istam dubitationem in tres quæstiones.

Prima quæstio. Vtrum Christianus recte vtratur ad persequendum ius suum scriptis legibus? Respondeo: Rectissime vtitur: quia lex est creatura & ordinatio Dei, id est, conservatio ciuilis iustitiae. Nam politicus status est Dei opus, etiam si personæ sint impiæ & abutantur tali ordinatione. *Romano. 13.* Non est potestas, nisi à Deo. Et *Psalm. 81.* Ego dixi dij estis, hoc est, gerentes officia diuina: quæ sunt, conseruare iustitiam & iudicia, defendere innocentes, punire delicta, militiam legitimam exercere ad defendendum bonos.

Præterea *Genes. 9.* sic præcepit Deus, Si quis fuderit sanguinem, ut sanguis eius fundatur per hominem: significans, oportere constitui hominem, hoc est, Magistratum, qui pœnas sumat de homicidis. Item *2. Paralipo. 20.* Non hominis exergetis iudicium, sed Domini. Ergo censentur vicarij Dei Magistratus. Per merentes regnant. Loquitur enim Solomon de sapientia Dei, Item *Prouer. 16.* Libra & pondus iudicia Domini sunt, & opera eius omnes calculi libra: id est, Ordinationes politicæ, leges, iudicia, contractus, sunt res diuinitus ordinatae.

Quum itaque lex comprehendens totam
politiam, vere sit opus & bona creatura Dei:
Christianus ea reuerenter vi potest: ac pro-
tantis beneficiis gratias ager Deo, quæ ad
defendendam vitam corporalem non mi-
nus necessario, quam reliquæ creaturæ ad
viuendum, constituta sunt. Neque enim si-
ne defensione iudiciorum retineri vita cor-
poralis possit: certe non magis, quam sine
cibo & potu corpus.

Non obstantea, quæ ex Euangelio solent
allegari à phanaticis; de non vindicando.
Mattha. 5. Ego autem dico vobis, non resistite malo. Et, *Percutienti te in maxillam, obuerte il-*
liq; alteram. Item, *Mattha. 7.* Nolite iudicare,
& non iudicabimini. Et, *Roma. 12.* Non vosmet-
ipsos defendentes. Hæc enim & similia non
prohibent vindictam publicam, hoc est, quæ
exercetur à Magistratibus auctoritate le-
gum: sed priuatam tantum, quæ sine ullo
permisso legitimo fit. Quia Euangeliū, si-
cū vitam corporalem non abolet: ita nec
legem & ordinationes, sine quibus vita cor-
poralis constare non potest, vult aboleri.

Sed dices: Prophanis legibus quoque im-
probatur priuata vindicta: censemur ergo
amplius aliquid exigere sacrosanctum
Euangeliū? Respondeo: minime gentium.

Nam,

Nam Euangelium est doctrina de vita æterna, & spirituali in corde: non de vita momentanea, & corporali. Ea propter falsa est talis imaginatio, & multi decipiuntur ea, quasi Euangelium requirat alia quedam externa opera in hac ciuili vita, quam leges de moribus. Quatenus igitur receptum iuscepit publicam, & prohibet priuatam hominem vindictam: catenus etiam Euangelium iubet & vetat. Nam utrumque firma sententia dicendum est præceptum.

Vindictam autem priuatam Christus tam anxie nominatim prohibet: ne quis putet præsentem politias & Magistratus prætextu Euangelij tollendos esse. Sicut Iudæi arbitrabantur Messiam inuasorum esse regna mundi, præsentibus Magistratibus vi oppres sis. Et hærebat hæc Iudaica opinio in Apostolis. Quo pertinet etiam: Reges gentium dominantur eorum: vos autem non sic. Manifesta (inquit Philippus) collatio est duplicitum personarum, videlicet regum & subditorum seu priuatorum. Cum enim reges in una parte sententia ponit: in opposita necesse est intelligi personas relative oppositas regi, videlicet homines priuatos: ne partitio seu diuisio confundatur. Hæc ille. Regibus itaque Deus concedit imperare. Contra, priuatis prohibet: Vos, id est, priuati, non sic.

Mul-

Multo minus obstat, quod Apostolus ad Corinthios: *Iam quidem (ait) delictum est in vobis, quia litigatus inter vos.* Non enim reprehendit disputationem forensem & iudicia: sed obiurgat odium & avaritiam, quum soleat altera litigantium pars esse iniusta. Et clausula (*delictum est*) non prædicatur de litibus: verum de caussis litigandi, sicut antecedens & consequens. Porro, sic argumentatur velut à signo: *Litigatis : Ergo sunt in vobis vitia, iniuriæ, mali affectus, calumniae.*

Actiones itaque & iudicia approbat ubique Scriptura illustribus encomijs: modo videat acturus, ut iustum adferat caussam, non odium, fraudes, calumnias. De reo conuento non est dubium: quia cogitur venire in ius. Sed & is mentiri non debet, nec iniustum defensionem proponere. Sic & causidicus, iustitiae citra fraudem deseruire potest. Et tota iudiciorum cohors habet hīc iustificationem sui status: quem si non intelligant, nihil possunt scire iuris & æquitatis.

Quod autem Christianis liceat uti Romanis legibus: Apostoli clare docent Acto. 15.

Quia Euangeliū non mutat politias, nec imponit gentibus Mosaicam ordinationem. Ideo certū est, nos uti posse legibus omnium:

con-

conuenientissimis, & quæ receptæ sunt: nec pertinere ad Christianismum Mosaicas leges, nisi quas natura communiter omnes homines docet.

Secunda quæstio: An necessarium sit scriptas habere leges? Et breuiter, non posset politia fœliciter conseruari, nisi scriptæ essent. Idque constat multis rationibus.

I. Homo est fragilis, potest falli, & propter corruptam Adæ lapsu naturam, omnes (ut Dauid dixit) sumus mendaces. Igitur non esset tutum Magistratui committere omnia pro arbitrio statuere sine scripto. Quo pertinet, quod Aristoteles libro Eth. s. dixit: Non homo imperet, sed ratio.

II. Exemplum nobis edidit Deus in veteri testamento. Nam, cum vellet Hebræos retiſſime inter se consentire: certas leges tulit, ut ex præscripto res iudicarent. Quia de re Moses gloriatur coram toto populo, Deuteronom. 4. Quæ enim (inquiens) est alia gens sic inclita, ut habeat ceremonias, iusta que iudicia, & uniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros?

III. Tam Magistratum, quam subditorum interest, ut habeant scriptas leges. Magistratum, quo sciant, quid imperandum: Subditorum, ut intelligant, quatenus obtem-

temperandum sit, quum sciant, cum iuxta legem imperare. Nam & ipsum ius honorarium, viua vox est iuris ciuilis scripti, inquit Martianus, *ff. de iustiti. Et iur.* loquens de iure Prætoris Rom. Magistratus.

Tertia Quæstio. Vtrum scripto iure, an æquitate iudicandum sit? Respondeo: insulsam esse hanc propositionem: Quia neque scripto iure, neglecta æquitate: neque bono & æquo ad scriptum ius non exacto, iudicari aut responderi oportet. Quid ergo? Vtrunque simul coniungendum est.

Nam æquitas ex scripto iure constat. Si quidem leges propterea sunt literis commendatae, ne quis pro suo arbitratu ab eis discederet. Quamobrem Athenienses, qui certas habebat intra mediocritatem descriuntas legum formulas, ad quas exigerent æquitatem incidentium negotiorum, præfrendi sunt Lacedæmoniis, qui committebant omnia non scriptis moribus, quibus sæpen numero glisceribus, perniciose admundum errabant.

Sed dixerit aliquis: Quum leges scriptæ habeant optimam formam, nec possint graviore boni & æqui deliberatione promulgari, quam factum est: quorsum attinet, investigationem æquitatis tractare? Aut quem

I.

locum vindicabit sibi his temporibus æquitas? Näm non videtur posse aliquid incidere, quod per tanta seculorum interuallan non semel euenerit. Sieuenit: haud dubie redatum est in ius scriptum per Iureconsultos & Imperatores, adhibita semper æquitatis censura. Igitur nihil videtur opus alia æquitatis disputatione, præsertim quod & Iustinianus dicit, gloriaturque, omnem se vetustatem deperditam reparasse, *Nouell. Præcept. Praefid. in princi. Constit. XVII.*

Ad hunc modum ignavi homines ostendunt se non intelligere vim & potestatem æquitatis. Nam verum quidem est, quod scriptæ leges historicæ, quæ casum aliquem definiunt, sint summa æquitate descriptæ: sed secundum circumstantias tum persensas. Non consequitur autem: Semper lex in illo tum facto fuit iusta: Ergo & nunc in hoc est iusta: nisi per omnia sit simile. Multo minus sequitur: Casus illæ tales habuit circumstantias: Igitur & hic habet easdem. Sicut igitur dare non potes hodie easdem personas, eadem tempora, eosdem mores: ita nec eandem in omnibus negotijs dabis æquitatem.

Præterea falsum est, nihil hodie incidere, quod non dudum incidenterit. Quia, tametsi in genere omnia hominum negotia & facta si-

mi.

militudinis aliquid habeant: non tamen in speciem ijsdem circumstantiis eueniunt. Alij sunt mores, aliæ rerum omnium conditio-nes, atque fuerunt olim. In quibus omni-bus retinere oportet æquitatis usum diligenter. c. vlt. de transactio. c. i. derer. permuat. libr. 6. Et pulchre Gregorius 45. distinct. capit. Di-sciplina.



T. I. T. VII.

DE VSV AEQVITATIS
scripta, & non scripta.

Protestæquitas, tum in scholis, tum in fo-ro duplici modo exerceri: Altero, ut di-ligenter consideremus quo ordine lures con-sulti & Imperatores Romani obseruarint æ-quitatem in describendis legibus & præaudi-ciis humanorum negotiorum: &, si quando-easus eueniat, qui per omnia sit similis, nec habeat illas differences circumstantias, quæ mutationem juris desiderent: ut tunc secun-dum illas judicemus, certi, quod æquitatis cen-

censura dudum sit adhibita. Eam ob rem in explicandis legibus, quæ factum diffiniunt, semper rationem dubitandi (sic enim vocant) & decidendi ostendere debemus: ne dum ponere simpliciter casum, ut vulgo faciunt. Hoc est, Oportet primum regulam summi iuris unam aut plures indicare, quarum ductu diuersum videretur dicendum. Deinde demonstranda est æquitas ex qualitatibus facti, quæ talem diffinitionem postulauerint. Sic enim totum apparebit legislatoris consilium, quod Celsus vim & potestatem legis appellat, *in l. Scire leges. ff. de legib.* Hanc scriptam æquitatem recte diximus.

Altero modo exercetur æquitas in his facti speciebus, quæ nunc eueniunt, nec habent priudicium in legibus scriptis ex omni parte respondens: ut nos secundum circumstantias earum applicatis axiomatibus summi iuris iudicemus, quid diffiniri oporteat. Enimuero hic proprie usus est æquitatis omnium maxime necessarius Reipublicæ. Quamobrem merito non scriptam vocare possumus: non quasi liceat sine scripti iuris observatione illam estimare, ut supra ostendimus: sed quod aliquanto longius scriptis thesibus recedit: sicut ius ciuile à iure

re naturali distinguitur, *in l. Ius ciuile est ff. de iustit. & iur. Exempla inferius multa subiiciemus.*

In summa, Si æquitatem consideremus habitu, & generaliter, omnis æquitas censetur scripta, nec distat à iure scripto: quod propterea literis mandatum est, ut commode possit deseruire negotiis hominum. Sin autem actu & specialiter perpendamus æquitatem: certe nulla est scripta. Nam de casibus hodie incidentibus, nulla scribi potuit diffinitio specialis, antequam euenirent.



T I T. VIII.

DE GRADIBVS HONESTATIS CIRCA AEQUITATEM OBSERUANDIS.

IN politia ciuili, per quam gubernatur humanam societatem, sunt gradus quidam honestatis obseruandi, quos si confundas in æstimanda æquitate, efficies ex-

sum-

summo atque optimo iure, summam absur-
dissimamque iniuriam, etiamsi philautia
quadam existimes te acutetigisse rem, & o-
mnes expendisset circumstantias.

I. Apud omnes ab origine mundi gentes, primum æquitatis ordinem Religio sibi vindicauit: ut, quoties de negocio incidente plures concurrerent sententiaz: semper preferetur illa, quæ religioni proprius accederet, hoc est, pietati & iustæ erga Deum functioni pro nostro munere. Sic enim religio, à reeligendo, quasi debitum officium dicitur.

Cicerolib. Officior. I. In ipsa autem communitate (ait) sunt gradus officiorum, ex quibus, quid cuique præstet, intelligi potest: ut prima diis immortalibus: secunda patria: tertia parentibus: deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. Idem sentit Augustinus.

Pomponius in l. 2. ff. de iustiti. & iur. Veluti (inquit) erga Deum religio: ut parentibus & patria pareamus. Enim uero gentes quoque agnouerunt diuinam aeternitatem. Martianus in l. 4. ff. ad leg. Iuli. pecula. Sed & si (ait) donatum Deo immortali abstulerit.

Papinianus in l. Sunt persona. ff. de religios. & sumpti funer. Strictam rationem insuper habemus (inquit) quem unquam in ambiguis religio-

num

num questionibus omitti solet. Nam summam esse rationem, que pro religiosis facit.

Itaque nos multo magis vbiique Christianæ religionis oportet obseruantissimos esse, cum de censura æquitatis tractatur in iudicio, vel extra iudicium. Siquidem diuinus edocti sumus, quo Lex velut Pædagogus nos ducat, neinpe ad Christum. Galat. 3. Admonemur item, Deo magis, quam hominibus obediendum esse. Actor. 5. Et quotidie oramus: *Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra. Luc. 11.*

Omnes autem cauissæ, quas religionis seu pietatis appellamus, quanquam in epte tractantur, ad tria tamen capita pertinent: videlicet, ad diuinum verbum: ad bonas literas: & ad paupertatem. In his consistit vniuersa pietatis exercitatio, quæ firmum in nobis fidei argumentum est. Vnde in extensis actionibus euitanda sunt, quæ religioni obstant. Sunt enim semper iniqua.

II. Reipublicæ proxima est Ratio: ut id semper existimemus fore æquius, quod ad publicam utilitatem proprius accedit. Quintus Fabius Maximus, ut est apud Ciceronem *de Senectute*, cum Augur esset, dicebat solebat: Optimis auspiciis ea geri, que pro Reipublica saluto fierent. Qua contra Rem-

Rerpublicam fermentur : Contra auspicia. Apostolus optat pro salute multorum anathema fieri, Roma. 9. & I. Corinth. 10. Adeo enim Reipublicæ consideratio facit æquitatem, ut quod summo iure conseretur homicidium, puniturque poena talionis : id per æquitatem reputetur honestum, quoties ad publicum tendit commodum. Ideo Magistratus sumit capitispœnam. Pluris est enim vniuersam multitudinem seruare, quam unum aut alterum. Seruatur autem, cum tollitur è medio, qui delicto suomina tur malum Reipublicæ. Quod & Vlpianus sentit, cum diffinit pœnam, omnium delictorum coercionem, in l. Aliud est fraus. ff. de verb. signific. l. Capitalium. §. Famosos. ff. de pœn. l. i. C. ad leg. repetunda.

Ex diuerso. Summum ius sæpe ordinat executionem pœnæ, & vult delinquētem tollere. Interim æquitas seruat eum, quem valde putat profuturum Reipublicæ. l. Ad bestias ff. de pœnis. Sed si eius (inquit Paulus) roboris vel artificij sint, ut digne populo Romano exhiberi possint: Principem consulere debent.

Eodem modo, propter Reipublicæ & multitudinis salutem, sæpe delictorum pœnæ remitti possunt: d. l. Ad bestias. 33. q. 4. cap. Non potest &c. Nimium sunt. §. fi.

Eleganter Cicero lib. Offic. I. Non nobis solum (inquit) natus sumus; ortusque nostri partem patria vendicat; partem amici. Ibidem: Sed cum omnia ratione ligstraueris, omnium societatum nulla est gratior, nulla charior, quam ea, qua cum Republica est unicuique nostrum. Charisunt parentes, chari liberi, propinquai, familiares. Sed omnes omnium charitates, patria una amplexa: pro qua quis bonus dubitet mortem oppere, si ei sit profuturus?

Iustinianus in l. I. S. ult. C. de cado: tollen. Sed quod communiter (ait) omnibus prodest, hoc roi priuat a nostra utilitati preferendum esse censemus: nostrum esse proprium, subiectorum commodum, Imperialiter existimantes. Julianus in l. Si ita vulneratus, in fin. ff. ad leg. Aquil. Multa autem (inquit) iure ciuili contra rationem discentiis pro utilitate communi recepta esse: innumerabilium rebus probari potest.

Plena medius fidius sunt omnia Germaniae tribunalia talibus caussis, quæ speciosas pretendunt agendi formulas, magnoverborum apparatu, & sexcentis allegationibus sumini iuris. Verum, si ad æquitatem fuerint exactæ, respectis circumstantiis, quam longe recedant ab utilitate publica, imo quantam perniciem adferant communi hominum societati: tunc apparebit, iniquissimas,

simas & secundum æquitatem repellendas esse.

Quemadmodum enim regulariter inter-
est Republicæ, puniri crimina, d.l. Si ita vul-
neratus. §. Quod si quis absurde l. Stichum. §. Sa-
ne quoniam ff. de solutionib. l. Si longius. §. I. ff. ubi
qui agere vel conue. debe. l. Si à reo. §. Id quod
vulgo. ff. de fideiussorib. & mandato. l. Capitoli-
um. §. Famosos. ff. de pœn. l. Si operis. C. Eod. tit.
cap. Ut fame. De sentent. excommunica. Et 23. q.
4. cap. Est iniusta. Et. cap. Nimium sunt. Ita non-
nunquam rationem delinquentium habere
oportet æquitatis ratione. Quod infra pro-
babitur.

III. Postremus gradus est rerum priuata-
rum, in quibus semper imitari oportet ante-
signatum illum æquitatis Prætorem Roma-
num, longa certe experientia prudentem,
qui secutus est huius artis absolutissimum
compendium. istud: *Quod quisque iuris in al-*
terum statuit, uti ipse eodem iure utatur: pro-
batum verbo Christi Matth. 7. Omnia (inqui-
ens) quaeunque volueritis ut faciant vobis ho-
mines, sic & vos facite illis. Ulpianus in l. ius au-
tem ciuile. ff. de iustit. & jur. Ius prætorium (in-
quit) quod Prætores introduxerunt adiuuandi,
vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia,
propter utilitatem publicam: quod & honorari-

um dicitur, ad honorem Prætorum sic nominatum. Idem probatur in §. Adhuc autem. Instit. de bonor. possess.

Sunt autem generalissima quædam præceptorum capita, ad colligendam æquitatem mirum in modum deseruientia.

I. Vbi multæ iuris rationes ad easdem facti circumstantias concurrunt, & aliquando respondere videntur: ibi conferenda est æquitas cum æquitate, ut superior cedat inferiori, secundum gradus supra dictos. Africanus in l. Si seruus communis. §. Quod vero ad mandati ff. de furt. Nam licet alioquin (inquit) equum videatur, non oportere cuiquam plus danni per seruum euenire, quam quanti ipse seruus sit: multo tamen æquius esse, nemini officium suum, quod eius, cum quo contraxit, non etiam sui commodi causa suscepere, damnojum esse. In hac specie maior ratio vincit minorem, sed non damnat, argum. leg. Nam magistratus ff. de recept. arbit. l. ille à quo. §. Tempestivum ff. ad Seratusc. Trebellia.

Sic qualitas facti cum talis est, ut quidquid constituas ex omni parte, non videatur satis conueniens: tunc oportet sequi illudius, quod minime lædit utilitatem publicam. Vlpianus ff. de regul. iuris. Quoties (ait) nihil sine captione inuestigari potest: eligendum est.

est quod minimum habeat iniquitatis. Julianus in d.l. Si ita vulneratus. Idque (inquit) consequens est auctoritati veterum, qui , cum à pluribus scrulis ita vulneratus esset , ut non appareret , cuius ictu perisset : omnes lege Aquilia teneri indicauerunt. Idem sentiunt Vlpianus in l. Vulgaris est questio. §. Si duo pluresve. ff. de furt. & Caius in l. Si plures. ff. de iniuri. vbi tractant de multis delinquentibus, qui tamen (ne deciparis) vniuersitatem nullam habent. Nam de ea, quatenus delinquat, inferius dicetur.

Hinc dicitur regula: Quod inter duas res honestas , precedit honestior. Vlpianus in l. At si quis. §. I. ff. de religios. & sumpti. funer. Satius est enim (inquit) de suo testatorem funerari, quam alios legata consequi. Ibidem: Quod si non p[ro]p[ri]o (ait) melius est legatarium non lucrari, quam emptorem damno adisci. Et contra: Inter du[m] mala, minus turpe est eligendum, vt paulo post apparebit.

II. Quoties facti extrema ad regulas iuris collata, non admittunt diffinitionem commodam: quia sensus elicitor nimis durus in utrunque partem: toties ex media quadam via oportet æquitatem colligere: ut in l. Solent. §. vlti. ff. de offici. Procon. & legat. Nam valde inhumanum est (inquit Antoninus) à nemine accipere: sed passim, vilissimum & auarissimum.

mum. Loquitur aiunt de xeniis, quorum
trunque extreimum relatum ad ius, nimis
stringitur, si vetes: rursus ultra modum la-
xator, si permittas. Quid ergo? Eligendum
est medium: ut liceat xenia & edulia eatus
accipere, ne producantur ad munera qua-
litatem, hoc est, quæ faciliiter consumi pos-
sint. Hæc enim est æquitas; quæ sic vult rem
per medium temperari.

Tali modo Vlpianus colligit æquitatem
inter duo extrema temporis, in l. 1. §. Longi-
us tempus. ff. de successo. edit. Scilicet (inquietus)
ita moderate: ut neque ipsi urgerentur ad bono-
rum possessionis petitionem: neque bona diuisi-
cerent.

III. Vbi inter duo extrema nullum repe-
titur conueniens medium, ibi inter multa,
quæ respectu propositi facti videntur dura,
eligendum est id, quod minimum habeat
iniquitatis. Julianus in l. Si ita vulneratus. §.
fin. ff. ad leg. Aquil. loquens de seruo mor-
tifere vulnerato, qui, cum medio tempore
hæres institutus esset, ab alio iterum ictus
decessit, ideoque non adiit, nec adquisiuit
Domino hæreditatem: *Eiusdem ergo (inquit)*
serui occisi nomine aliis maiorem, aliis mino-
rem estimationem præstabit. Nec mirum, quum
uterque eorum ex diversa causa, & diuersis tem-
po-

poribus occidisse hominem intelligatur. Quod si quis absurde à nobis haec constitui putauerit: cogitet, longe absurdius constitui, neutrum lege Aquilia teneri, aut alterum potius: quum neque impunita maleficia esse oporteat, nec facile constitui possit, uter potius lege teneatur.

V. Utile est præceptum, & late patens ad excutiendam æquitatem, quod Iuris consilii diligenter obseruarunt: vide sic et, Ut unusquisque id facere teneatur, quod sibi non nocet, alijs autem prodest: etiam si ratio summi iuris cum non obliget. Exemplum est in l. In summa. §. Idem Varus ff. de aqu. & aqu. pluui. arcen. Vbi Paulus loqueus de aggere in alieno agro vi aquæ deieeto, quem dominus agri aut debet repone, aut pati ut vicinus reponat: nœ lœdatur ab aqua decurrente: Qui factus (ait) mihi quidem prodest potest, ipsi autem nihil nocetur: Hæc æquitas suggestit, etiam si iure stricto deficiamus. Cicero lib. Offic. I. Quia ex re (inquit) satis precipit, ut quidquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuique vel ignoto. Ex quo sunt illa communia: Non prohibere aquam profluentem: pati ignem ab igne capere: si quis velit, consilium fidele deliberanti dare. Quæ sunt ijs utilia, qui accipiunt: danti non molesta.

V. Naturæ & sanguinis ratio multum con-

fert ad censuram æquitatis. Cum enim multæ concurrunt regulæ legum: iustiores censentur, quæ sanguini fauent. Exemplum træstat Augustinus de eo, qui bona hæreditaria Ecclesiis donare voluerat, neglectis libe-ris. Nam etsi summo iure talis donatio defendi posset: noluit tamen ipse auctor fieri.

Apostolus 1. Timoth. 5. Qui enim suis (inquit) & maxime familiaribus non prouidet, fidem abnegauit, & est infideli deterior. Et Gal. 4. Si filius, ergo hæres. Item, 2. Corinth. 12. Non debent (ait) filij thesaurizare parentibus, sed pa-rentes filijs. Accedunt l. penultim. in princip. ff. de bon. liberto. l. Et quia. ff. Pro socio. Et l. l. ff. de success. edict. Largius tempus (inquit Vl-pianus) parentibus liberisque petenda bonorum possessionis tribuitur in honorem sanguinis: vide-licet, quia arctandi non erant, qui pene ad propria bona veniunt.

Iustinianus Nouell. de trient. & semiss. in princ. Et natura (inquit) prius quo decet modo curata, dum demum ad liberalitatem in extra-neos excercendam deuenire. Cicero lib. Officior. Primum (ait) in eo peccant, quod iniuriosi sunt in proximos. Quas enim copias his suppeditari a-quiis est, & relinquere, eas transferunt ad alie-nos.

Moyses, auctore Deo, legem Hebræis tulit,

lit, ut possessiones singulis familiis reseruantur, nec possent extra illas perpetuo alienari, *Leuitic.* 25. Cui primum Græcos, dein de Romanos Magistratus subscriptissime ostendunt Valentianus, Theodosius, & Arcadius Imperatores, *in leg. Dudum. C. de contrahen. emptio.* Et Caius *in leg. i. ff. de priuilegi. credito.* Potior(ait) habetur creditor cognatusve.

Quapropter d. l. Dudum, optima ratione plurimis in locis non obseruatur, & pene communivsu abolita est. Pugnat enim cum natura. Quam ob rem Fridericus Imperator rectissime vetus statutum sequitur. Nec est nouum, quod redeant antiquæ leges, expressis recentioribus, ut est videre *in l. Lex duodecim tabularum. C. de legitim. heredib. & Nouell. de trient. & semiss. §. Studium vero.* Et sic accipienda est regula leg. Sed & posteriores. *ff. de logibus.*

Sed conferamus istas duas leges nominatim ad normam æquitatis, & inuestigemus exempli caussa, quænam sit iustior? Est enim res quotidiana, & ex vnu Reipublicæ.

Verba l. Dudum. C. de contrahen. emptio. q̄ Doctores in varios sesus, propter obscuritatem eius torquent sunt.

DE IVRE ET
 IMPERATORES VA
 lent. Theod. & Arcad. AAA.
 Fabiano P. P. Illyrici &
 Italiae.

DUdum proximis consortibusque concessum erat, ut extraneos ab emptione remouerent, neque homines suo arbitratu vendenda distraherent. Sed, quia grauis hec videtur iniuria, que inani honestatis colore velatur, ut homines de rebus suis aliquid facere cogantur inuiti: superiore lege cassata, uniusquisque suo arbitratu quere-re vel probare possit emptorem: nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere prohibuerit.

Recte quidem introduxerat id vetustas, ut proximi sanguine seu cognati, præferren-tur extraneis. Nam est naturæ consentaneum, adeo, quod auctoritatem hominum hic non

non oporteat in diuersum admittere, iuxta rationes superius adductas, iunct. §. Sed natura. Instit. de iur. natural. gent. & ciuili.

Imperatores autem prædicti hanc duntat seuti sunt rationem, scilicet, quo magis homines liberum habeant res suas alienandi arbitrium. Quæ ratio huc allegata, est *Summum ius, Summa iniuria*. Nam hæc est falsa consequentia: Cognati remouent extraneos ab emptione: Ergo venditor non habet liberum arbitrium alienandi: siue ad effectum facti, siue ad ius & æquitatem respicias.

Primum enim: si cognatus noluerit emere rem, vel non tantum offerat precii, quantum alius: tunc liberum illi manet cœlibet vendere. Quid igitur refert, utrum cognato, an alii vendat, modo sequatur alienandi effectus? Imo cur non potius sanguini faueat, quam extraneo? Non est ergo verum, quod uilla libertas tali modo impediatur vendendi: & quilibet rerum suarum manet moderator & arbiter ipso rei effectu.

Deinde, consideratione iuris multo minus sequitur: Arbitrium hominis regitur iure & æquitate: Ergo non est liberum. Quid enim est libertas? Certe posse quidlibet, nisi iure prohibitum, præsertim naturali

rali. *Instit. de iur. persona.* §. 1. Itaque, quod ius naturæ in chamo & freno constringat maxillas hominum, & imperet, cognatum extranco præferri: per hoc non sequitur, servum fieri arbitrium venditoris, qui potest quandocunque & cuicunque voluerit vendere: scilicet secundum iuris præcepta. Quinimo, qui contra rationem equitatis tali arbitratu vitetur, quale l. Dudum, concedit: is vere seruit turpitudini contra naturam, ut Apostolus quoq; probat, & non habet libertatem legitimam voluutatis.

Impegerunt igitur hic pædicti Imperatores, sicut & in cæteris rebus de Republica non admodum bene meriti. Et Constitutio Friderici Germani Imperatoris summam habet æquitatem, digna ut inter cæteras constitutiones referatur, cuius verba subiecimus.

V E R B A C O N S T I- tutionis Friderici Impe- ratoris.

Sancimus amodo in omni prouincia, & in omniciuitate: si quis ex paren-

parentela habeat communem agrum,
domum, vel vineam, vel rem immo-
bilem, diuisam aut indiuisam: aut ex
communi emptione, vel aliquo huius-
modi titulo, vel aliquo alio modo con-
iunctim: & voluerit alienare prædi-
etas res per venditionem, vel emphy-
teusim, vel locationem: non ante ali-
ceat alienare, quam denunciauerit il-
lis, quos vocamus per ordinem in
ius æquum. In primis vocentur pa-
rentes, qui sunt coniuncti: post hos so-
cij: post hos illi, qui sunt coniuncti, et-
iamsi extranei sint: post hos vocentur
omnes, qui sunt sub uno seruitio & qui
sunt coniuncti ex aliqua parte. Sin au-
tem plures sint, in iure æquum, o-
mnibus denuncietur, ut intra trigin-
tadiis soluendo iustum premium, sine
mora, aut quantum quivis emptor si-
ne

ne fraude dederit, unusquisque suam portionem accipiat. Verum, si intra statutum terminum pretium iustum non soluerit: de cætero non habeat ius negotiorum.

Et hactenus de vera quidem antinomia harum legum, quæ conciliari per equitatem non potest. Videamus aliam quādam exempli gratia diuersitatem legum, quæ tamen repugnantiam nullam habent.

C O N C I L I A T I O L. P L A- cuit. C. De Iudiciis, & L. I. C. de legibus.

*Imperatores Constantinus & Li-
cinius AA. ad Diony-
sium.*

*P*lacuit, in omnibus rebus præci-
puam esse iustitiae æquitatisq; scri-
pta quam stricti juris rationem.

*Hoc est: Iudex cognoscendo caussas de-
bet*

bet hunc modum obseruare: ut per pensis earum circumstantiis, adhibeat scriptas legum formas cum delectu: nempe, ut sequatur inter multas conuenientissimam. Non autem amplecti oportet aliquam summi iuris regulam, quæ ad partem facti videtur accedere subtili argumento. Multo minus sophistica partium allegatione contentus esse debet in diffinienda lite, sed simplicem sequi veritatem.

I M P E R A T O R C O N- *stantinus A.Basso P.V.*

*I*nter æquitatem & ius interpositam interpretationem, nobis solis & oportet & licet inspicere.

Hoc est: Nemo potest priuata interpretatione mutare legis generalis sanctionem: Quia penes Imperatorem est suprema cōstituendi iuris potestas. Et si quid prædura nimis ratione statutum esse videbitur: id indicari quidem potest ab omnibus, verum non nisi per supremum Magistratum mutari.

In summa, L. Placuit, loquitur de iudiciis, in quibus exercetur æquitas per leges iam

iam scriptas. L. i. tractat potestatem consti-
tuendi iuris, quæ æquitatem quidem requi-
rit, sed auctoritatem præterea summam: ne
inconstantia legum mutandarum conquis-
set Rempublicam. Quantum igitur distat
iudicium ab auctoritate legis condendæ:
tantum distant prædicti loci iuris.

V.I. Latissimus sane campus exercendæ æ-
quitatis est in circumstantiis, quarum supe-
rius mentionem fecimus: præsertim autem
inconsideratione personarum & temporis:
iuxta illud, Pupillum & viduam suscipite. Vl-
pianus in l. i. §. Ait Prator. ff. de postu. Non so-
lum his personis (ait) hanc humanitatem Pra-
tor solet exhibere: verum etiam si quis aliis sit,
qui certis ex causis, vel ambitione aduersarij, vel
metu patronum non inuenit. Accedit c. i. & c. 2.
87. distinctio.

De tempore probat Apostolus Roman. 12.
Tempori (inquietus) servientes. Vnde dici so-
let: In tempore venire, omnium maximum
est. Certe tempus variat omnia huius mun-
di. Quod ante quinquaginta annos fuit iu-
stum, id nunc videri potest iniquissimum, re-
spectis circumstantiis. Vlpianus ff. ad leg.
Iuli. peculat. Sacrilegij pœnam (inquit) debebit
Proconsul pro qualitate persona, proq[ue] rei con-
ditione, & temporis, & aetatis, & sexus, vel seue-
rius, vel clementius statuere.

Titu-



T I T. IX.

*EXEMPLA, IN QVI-
bus cum primis aequitatem non
Scriptam exerceri
oportet.*

SVNT plurimæ res, quarum nulla diffinatio
Siuris in speciem humana prudentia vn-
quam edi potuit: in quibus tanto maior est
æquitatis usus, quanto minus expectandum
sit, quod ullam inuenire possis legem, quæ
propriam tibi præscribat formam. Cum au-
tem commentatores iutis ambitione atque
stultitia ducti tentarent id, quod natura ne-
gat, ut istas species in formulas redigerent:
regulis, ampliationib. imitationibus aliisq;
præstigiis omnem boni & æqui artem obscu-
rarunt. Et interim tamen, si totidem scribe-
rent commentarios: maneret eadem talium
rèrum varietas, quæ nullo possunt diffiniti
modo, nisi æquitate non scripta.
ix. De arbitrio boni viri, cuius in iure men-
tio

tio sit frequentissima, quis describet certam legem? Nemo profecto posset humana prudentia. Variantur enim res illæ, quarum nomine arbitrandum erit, infinitis modis. Itaque oportet æquitatem ex naturæ principiis in cōsilium adhibere. Vlpianus in l. i. ff. *Vsus fructus quemadmod. caue.* Cauere autem debet (inquit) boni viri arbitratu perceptum iri usum fructum, hoc est, non deteriorem se caussam usus fructus facturam; catenaque facturum, quæ in te sua faceret. Ecce, recurrat ad axioma naturale: *Quod tibi vis fieri, facito alteri.*

¶ 4. Admonet nos generaliter Julianus ff. delegibus. Neque leges (inquiens) neque sensus consulta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur: sed sufficit ea, que plerunque accidunt, contineri. Quibus verbis atque id genus alijs, vera boni & æqui depingitur effigies. Porro, nihil aliud est æquitas, quam collatio similitudinis, & dissimilitudinis, inter casum evenientem, ac præiudicia legum. Quare Julianus ibidem vocat, *Ad similia proceders.* Vlpianus appellat, *Interpretatione vel iurisdictione supplere.* Paulus dicit, *Producere ad consequentias:* nempe, quod omnia ista ad eundem tendunt effectum. Huc quoque respxit Justinianus *Nou. de trient.* Et,

De

*Dé his qui ingredi. ad expedien. appellati. Con-
ſtit. 50. quem locum supra verbotenus adſcri-
pſimus.*

III. De testium fide exutienda, certæ
iuris regulæ scribi non possunt: ſicut nec re-
liquæ probationes, quatenus ad fidem iu-
dici faciendam ſufficient; vlo scripto com-
prehenduntur in ſpeciem. *Calistratus in l.
3. §. Eisdem quoque. ff. de testibus. Qua ar-
genta (inquit) ad quem modum probanda
cuique rei ſufficient: nullo certo modo ſatis diſfi-
niri potest. Sicut non ſemper, ita ſaþe ſine pu-
blicis monumentis veritas deprehenditur: aliud
numerus testium, alias dignitas & auctoritas,
alias veluti consentiens fama conſirmat rei,
de qua queritur, fidem. Hoc ergo ſolum tibi
ſcribere poſſum ſummatim: non utique ad u-
nam probationis ſpeciem cognitionem ſtatiſ alli-
gari debere, ſed ex ſententiā animi tui te exiſtimare
oportere, quid aut credas, aut parum probatum ti-
bi opineris. Idem Diuus Hadrian. Junio Rufi-
no Proconsuli Macedonię reſcripsit: *Testib.
ſe, nō testimonii crediturum. Et paulo inferius:
Alia eſt auctoritas praesentium testium, aliae teſti-
moniorum, quæ recitari ſolent. Quid eſt autem,
nullo certo poſſe diſfiniri modo? Certe nihil
aliud, quam totam diſinitionem iuris ex
incidētibus circumſtantibꝫ requiriēdam reſteſſe,*
nec*

nec sperandum, quod vlla possit tradi specialis forma, quam sequaris.

IV. Si tempus nec minimum, nec maximum fuerit, in iudicio, vel extra iudicium aliquando statuendum: certe nullam repries in iure formam de eo speciale. Quare oportet æquitatem consulere. Nam tale tempus magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi potest, teste Vlpiano in leg.

Quo enim. §. 1. ff. Rem rat. haber.

V. De temporibus, quæ possessor interdum sibi potest adscribere ex possessione auctoris, nulla dari potest certa lex. Scæuola ff. de diuers. temporalib. prescript. De accessionibus (inquit) possessionum nihil in perpetuum, neque generaliter diffinire possumus. Consistunt enim in jolla æquitate, hoc est in diuersis qualitatibus, qua nunquam uno solent modo incidere, sed infinitas habent varietates.

VI. Insigne est exemplum, de quæstione restituendorum honorum, quæ særissime agitari solet tum in scholis, tum in iudiciis.

Hinc enim est argumentatio summi iuris, quæ sic habet: Magistratus debet iudicare secundum ius scriptum, ac nemini officium suum inuocanti denegare. *Instit. de officiis. iudic. in princi.* Sed iure scripto est cautum, quod

quod destituti bonis, etiam prædones & fures, ante omnia restituendi sunt. l. i. ff. Quod vi aut clam. l. Si fundum. C. ad leg. Iuli. unde vi. c. Item cum quis. G. c. seq. de restitutio. spoliato. 3. q. i. G. 2. Ergo iudex, probata destitutione, statim debet restituere.

Illinc dictat æquitas, circumstantiarum considerationem esse adhibendam, quæ non unquam diversum efflagitant.

Primo, si tali restitutione posset ledi causa Reipublicæ. Eam enim præferri oportet aliis utilitatibus, ut supra probatum est.

Secundo, si ostenderetur statim eidens ratio, quare supersedendum esset, nec protinus decernenda restitutio. Vlpianus in l. 3. ff. ad exhibend. Ibidem subiungit (inquit) iudicem per arbitrium sibi ex hac actione commissum, etiam exceptiones estimare, quas possessor obiicit. Et si qua tam eidens fit, ut facile repellat agentem: debere possessorem absoluere.

Probatur eadem circumstantia in l. Si is, à quo. in princ. ff. ut in possessio. legato. l. 3. §. Causa. ff. de Carbonian. edict. Et c. Literas. de restitutio. spoliator. Vbi Innocentius Pontifex Romanus, ex circumstantiis negat restitutio- nem petitam. Quoniam (inquit) omne quod non est ex fide, peccatum est: Et quicquid sit con- tra conscientiam, adfiscat ad gehennam: frustra-

int a-

in tali casu adiudicaretur restitutio spoliata: quū contra Deum non debeat in hoc iudici obediens.

Tertio, qui ex gratia, seu precario, vel ad instar colonorum habent temporariam possessionem: hi non æque possunt atque domini proprietarii vrgere, ut impetrant restitucionem. *l. Cum fundum. ff. de vi & vii armat. c. Olim caussam. de restitutio. spoliato. c. Cum ad quorundam. De excessib. pralato. Et 10. q. 3. c. Quia cognouimus.*

Quarto, si restitutio aduersus magnam hominum multitudinem paritura tandem esset implacibilem dissensionem, fortassis etiam cruentam: tunc hoc casu non potest videri iusta restitutionis executio. *c. 2. de tempori ordinatio. & 50. distinct. c. ut constitueretur. 44. distinctio. c. Comessationes. Et 9. q. 1. c. Ordinationes. Item 4. q. c. Non potest. Et c. Ipsa pietas. 1. q. 7. c. Quoties. Et c. Latrones presentium. De cleric. excommunicata.*

VII. Iudicia constituta, quæ nunc processus iuris dicunt, non est quod ex scripto in speciem tradi possint. Generalis quædam formula, si vtcūq; adumbretur, certe non debet iudex semper cupressum pingere, ac tali velet collyrio mederi omnium oculis, sicut Hier. dixit 29. distinct. c. vlti.

Est autem processus iudicij (non solum,

vidicunt, actus trium personarum, (qui & in scena potest repræsentari) ordo quidam legitimus, secundū quem controvēsię caussarum cognitæ, ex bono & æquo celeriter diffiniūtur. Prīn de talis ordo deseruire debet iudici, ut is teneat cognitionis suæ rationem, non vero ut litigatorum affectibus obsequatur ad differendam caussam, prætextu indiciarie obseruationis.

Quo circa Innocentius Pontifex rectissime dicit: *Vnde videbitur subtiliter intuenti, de ordine iudiciorum procedere, ut in præmissis non per omnia ordo iudicarius obseruetur: Hoc est, Verissimus aliquando censetur ordo, non obseruare plenum ordinem in iudiciis. Ad nostram de iure iurant.*

Iudex enim innocentis viri officio fungi debet, ideoq; incorrupto animi iudicio discernere, quoniam ordine, quo progressu credit se cognitorum celeriter de caussa controuersa, secundum ius & æquum. l. Cetera ff. Famili. ercisc. Et Venuleius in l. Continuus §. Cum ita ff. de verbo obliga. Cum ita (inquit) stipulatus sim, Ephesi dari: inest tempus. Quod autem accipi debeat, queritur. Et magis est, ut totam eam rem ad iudicem, aut virum bonum remittamus, qui estimet, quanto tempore diligens paterfamilias confidere possit, quod facturū se promisit.

Hinc

Hinc est, quod Hadrianus optimus maximusque Princeps, in l. 3. ff. de testib. semper vtitur his verbis: Tu magis scire potes. Item, Sed ex sententia animi tui existimare oportere. Item, Tecum ergo delibera. Et pleni sunt omnes iuris codices huiusmodi vocibus. Justinianus Nouell. Praecept. Praefid. Constitut. 17. Tertium (inquit) studio tibi sit, ut cauñas cum summa aequitate cognoscas: ac breviores quidem, & maxime qua vilioris conditionis hominum sunt, sine scripto decidas & diuidices, & mutua inter se homines contentionem liberes.

Forma igitur iudiciorum, qua nunc vtimur, neque ordo est, neque processus: sed magis confusio. Et nullum est in toto iure exemplum, quo probari possit. Nam quid est aliud, quam calumniosa ceremoniarum atque scriptorum altercatio extra omne causæ cognitionem? adeo, ut iudex ipse non habeat saepè in manu officium suum exercere in litibus: imo cogitur ad sedentariam audiendi operam, donec omnes istæ ceremoniarum præstigiæ peragantur.

Quocirca formularii solent dicere: Malum esse aduocatum, qui patiatur intra decem annos litem contestari cum tutori aut curatore: vt est apud Speculatorem abominabile exemplum de Vberto, in tit. de exceptio..

ption. §. Viso quando exceptiones. Versus. Item nota secundum Vbertum. Eodem modo Cæpolla tradit cautelas ad differendum iudicium: quem reliqui fere omnes secuti, artem docent iniquitatis sub pretextu processus iudicarii. Quare verissimum est Pauli dictum, in l. Si seruum. §. Sequitur. ff. de verbor. obligat. Scribit enim hanc quæstionem esse de bono & æquo. In quo genere plerunq; sub auctoritate iuris scientiæ perniciose erratur.

Sed nonne (dices) ex scriptis litigantium vtrinque exhibitis, iudex facilius intelliget caussam? Respondeo: Nullo modo, ut nunc scripta eduntur, præter omnem formam iuris, barbarie, perissologia, mendaciis refertissima. Enim uero historiam quandam multis impertinentibus clausulis descriptam leget iudex: verum negotij, personarum, temporis, cæterasque circumstantias, in quibus posita est æquitas, nihilo magis potest ex illis intelligere, quam si hominem videat lacuatum, aut pixidem speciosam, in qua venenum claudatur.

Neque vero Scripturæ usus in iudiciis eo pertinet, ut iudex credat verum esse, quicquid scriptum fuerit: sed quo magis teneantur memoria, quæ aguntur in sacro sancta iustitiæ officina: sicut pulchre declarat Iusti-

K nia-

nianus, *Nouell. de defenso. ciuitat. in princip. Constit.* 15.

Sed prosequamur latius ordinem iudiciorum, ut intelligamus, quam longè hi temporibus ab æquitatis scopo aberrauerimus omnes.



T I T. X.

*QVAE N E C E S S A R I O
pertineant ad iudicia bene
constituta.*

TRACTANT Doctores substantialia (ut appellat) processus iudiciarii, argute quidem ac summo iure, sed inutiliter: quia non secundum æquitatem, nempe, quod optimam iuris partem prætermittunt circa personam iudicis, unde tamen tota vis dependet. Pomponius *in l. 2. §. Post originem ff. de origi. iuris. Per eos (inquit) qui iuri dicundo præsunt, effectus rei accipitur. Parum est enim ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura reddere possint.*

Itaque existimo, ad iudicii formam substantialiem pertinere perpetuo & immutabiliter hæc quasi principia naturæ.

I. Ut

I. Ut in ius vocetur ille, qui iudicari debet, In ius enim vocare est, iuris experiundi causa vocare. l. i. ff. de in ius vocand. Iustinianus in §. si. Instit. de pœn. temer. litigant. Omnia autem actionum (inquit) instituendarum principium ab ea parte edicti proficiuntur, qua Prætor edicit de in ius vocando. Vtique enim in primis aduersarius in ius vocandus est, id est, ad eum vocandus, qui ius dicturus sit. Et Genes. i. Adam, ubi es; Sciebat quidem ille, qui nihil ignorat, ubi esset Adam, & quid fecisset: sed ad captum humanæ societatis voluit exemplum edere: inauditum non esse condemnandum.

II. Editio actionis, hoc est, talis intentio actoris ad iudicium exigitur, quæ si vera sit, consequatur iure, condemnandum esse reum siue ex scripto, siue ex non scripto tractetur causa. Verba enim ista (editio actionis) non vellut ociosa accipienda sunt, sed cum effectu veritatis: ut certo ex eo constet species actionis & iudici & partibus. Vlpianus in l. i. ff. de edendo. Qua quisque actione agere volet, eam prius edere debet. Nam equissimum videtur, eum qui acturus est, actionem edere: ut proinde sciat reus, utrum cedere, an contendere ultra debat. Seuerus & Antoninus Imp. C. eod. sit. Editio, (aitini) actio specie futura litis monstrat.

Quæ verba si ex bono & æquo perpendantur, faciliter cessabunt rixæ Doctorum: An nomen actionis in libello sit exprimendum? Certum enim est, ita dicendum aut scribendum esse apud iudicem, ut appareat in speciem, quodnam persecundi ius intendere actor voluerit. Et proinde nihil interest, utrum id proprio nomine, an certa demonstratione ostendat, *iuxta l.* Certum est. ff. Si cert. pet. condic. l. Si in rem aliquis, in fi. ff. de rei vindicat. l. Nominatim. ff. de conditio. Et demonstrat.

Æquum igitur & iustum est, ut iudex neque actoris editionem, neque rei conuenti impugnationem semper admittat: sed ipse magis deliberabit quasi mediator inter utrumque, anteneat intentio. Et si animaduerterit, nullum persecundi ius proponi: non dabit iudicium seu actionem, hoc est, non præbebit facultatem apud se agendi. l. i. §. i. ff. Si mens. fals. mod. dixe. Si autem (inquit Vlpianus) ex locato fuerit actum: dicendum erit, nec tenere intentionem. Et in l. i. ff. de aleatori. Si quis eum (-ait Prætor) apud quem in alea lusum esse dicetur. verberauerit: siue quideo tempore domo eius subtractum erit: iudicium non dabo. Vlpianus in l. Si extraneus. §. Sed quid ff. de iur. doti. Nequaquam enim (inquit) index propitiis

pitiis auribus audiet mulierem dicentem : cur patrem , qui de suo dotem promisit , non userit ad solutionem ? Adde lege ult. Cod. ut nemo priuat. titul.

Quantus autem in hoc apud omnes nūc sit error , quid attinet dicere ? Digitis indicari possunt tribunalia voluminibus obularium caussarum scatentia .

III. Litis contestatio necessaria est in iudicio . Nam ratio naturalis dictat , ut nemo violenter aut tumultuarie obruatur iurisdictione , quæ ordinatio DEI est . Romanor . 13 . Quare , olim certa scientia & solenniter testibus adhibitis consueuerant accipere iudicium (unde litis contestatio est :) ita & hodie diligenter obseruari , & apud acta nominatim describi debet . l . 1 . C . de litis contestatio . l . Sed & si restituatur . § . Ex quibus autem ff . de iudici . Inde Iuriscons . principium iudicii metuntur ex litis contestatione , quæ est libertatis : finem vero ex sententia , quæ facit necessitatem . l . Vbi cœptum . ff . eodem tit . l . 1 . ff . de re indicat .

Itaque non habet iudicem , qui seipsum iudicat , & vult dare vnicuique quod debet , Iulianus in l . Huiusmodi , in si . ff . de legat . 1 . Sed si consenserint (inquit) rem communiter habebunt . Consentire autem vel sua sponte debent .

K 3 vel

vel indice imminente. Paulus ff de procuratori. Si reus (ait) paratus sit ante litem contestationem pecuniam soluere, procuratore agente, quid fieri oportet? Nam iniquum est cogi eum iudicium accipere. Terentius Clemens, in l. Ex iudicatum solui. ff. Iudicat. solui. Quod pro parte (inquit) eius sit, si soluere mihi paratus est: non debet dari mihi in eum iudicium. Neque enim aquum est, aut iudicio adstringi, aut ad inficiationem compelli eum, qui sine indice dare paratus est quantum aduersarius eius per iudicem absconsecuturus est.

Nos hodie litis contestationem facimus: ananem verborum ceremoniam: quum Imperatores Seuerus & Antoninus rem exigat, & negocii expositionem, in l. i. C. de litis contestatio. Habet autem duos effectus. Nam primum incipit iudicium, & confirmat. Deinde ostendit iudici, in quo potissimum requiratur æquitatis censura.

IV. Iusta praesentis iudicis cognitio cum primis est de substantia iudicii: quam tamen formularii non dignantur inter partes iudicii ad numerare. Siquidem meminisse oportet omnem iudiciorum vim & potestatem, statim atque lis est contestata, iudicium humeris incumbere coram Deo & hominibus.

Ista autem cognitionis duas sunt partes.

Alte-

Altera, ut perfectam habeat iudex caussam cum circumstantiis. Altera, ut celeriter eam diffiniat: quia ad officium eius pertinet lites dirimere, ut dicit Julianus in l. *Quidam existimauerunt ff. Si cert. peta. condic.*

Priorem autem cognitionis partem fœliciter absolvet, si utatur sæpe interrogationibus de his, quæ nescit: Cognoscere enim id dicimus, quod antea non sciuius. Proinde alieni facti circumstantias neque citius, neque commodius inuestigare licet; quam interrogando. Nam ob rem sapientissimi legislatores interrogationes adeo frequentes esse voluerunt, ut apud omnes æque Magistratus fierent. Vlpianus in l. *Voluit Prator. ff. de interrogationibus.* Qui in iure (inquit) interrogatus respondit, sic accipiendum est: apud Magistratus populi Romani, vel Praesides provinciarum, vel alios iudices. Ius enim eum solum locum esse, ubi iuris dicundi; vel iudicandi gratia confusat: vel si domi; vel in itinere. Audin' hæc verba? Domi vel in itinere. Vlpianus ibidem: *Vbiunque (ait) iudicem aquitas mouerit: æque oportere fieri interrogationem; dubium non est.*

Macer item in l. *Diuus: ff. de officio. Praesid.* refert, Mācum & Commodum sic referit: *Si vero (ut plerunque ad solet) interuallis*

K. 4. qui

*quibusdam sensu saniore: non forte eo momento
scelus admiserit, nec morbo eius danda est venia,
diligenter explorabis. Et si quid tale compereris,
consules nos.* Ioannes Chrysostomus 23. q. 8.
*Occidit Phinees hominem (ait) & reputatum
est illi ad iniuriam. Abraham vero non solum
homicida, sed etiam parricida (quod grauius est)
effectus, Deo magis placuit. Petrus geminum se-
cit homicidium: fuit tamen opus spirituale, quod
factum est. Non solum igitur respiciamus ad ope-
ra: sed ad tempus, & ad causam, & ad volun-
tatem. Personarum quoque differentiam, & quā-
cunque alia ipsis operibus acciderunt, diligentissi-
me inquiramus. Non enim possumus ad verita-
tem aliter peruenire. Gregorius item, 2. q. 1. c.
*In primis. Si autem (inquit) dictum fuerit: quia
contra ipsum aliqua causa mota siue probata est:
subtiliter ipso presente, & proferationem redden-
te, quarenam est & genus causa, & modus pro-
lationis: ut ex hoc colligere valeas, utrum adhuc
in exilio vel deportatione demorari, an certe ad
Ecclesiam vel officium suum debeat reuocari.**

*Ex quibus omnibus Sole clarus apparet,
ac bonis iudicibus facile persuadetur: ad
cognoscendam in iudicio causam plus con-
ferre vnam interrogacionem iudicis, quam
viginti positiones (ut vocant) & articulos
litigiorum. Nam iudex interrogando, sco-
pum*

pum intentionis vel defensionis statim potest attingere. At partes euitant verum causæ scopum, & solum id nituntur, quomodo digressionibus, mendaciis, multitudine articulorum imponant iudici.

Quocirca errant tota via nostri iudices, qui putant loco interrogationum successisse positiones & articulos partium: ipsi interim sedentariam exercentes functionem, prorsus obmutescunt, tantum recipientes scripta, & decernentes (sicut formularii dicunt) copias productorum.

Rectius autem multo Bartolus dicit: q̄ neque ex interrogationibus, neque ex confessionibus introductæ sint positiones: sed relatis multorum falsis opinionib. tandem concludit: consuetudine magis, quam vlo iure irreplisse, in l. Vbicunque ff. de interrogatio. Et in l. z. §. Quod obseruari. C. de iureiuran. propt. calum. dand.

Breuiter itaque, in cognitionibus caussarum tanta est rerum varietas, vt Casstratus dicat, eas etiam in genera facile diuidi non posse, nisi summatim diuidantur. l. Cognitionis numerus. ff. de vari. & extraordina. cognitio. Quare, nisi iudex inter ceteras, quæ adferantur, testium vel tabularum probatores, explorando quoque & interrogan-

K 5 do

DE IURE ET

do functionem à Deo sibi commissam diligenter exerceat: nunquam percipiet veras causæ circumstantias, ex quibus iustum & æquum dicat sententiam.

Eadem ratione salubriter quidem olim receptum fuit, ut testes de singulis qualitatibus causæ interrogentur per iudicem ipsum: verum paulo post pessimò tyranno More, in perniciem humanæ societatis conuersum est; ut aliquo summi iuris praetextu licet at partibus ex scripto exhibere nouos articulos, schedas specificationis, interrogatoria propemodum instituta: ut tantisæpe non sit tota causa, fortassis obularis, quanti pecunia & tempus, quod in describendis specificationibus (formularii rotulum examinationis vocant) litigantium detrimento perditur. Calistratus in l. 3. in princ. ff. de testib. Testium fides (inquit) diligenter examinanda est: ideoque in persona eorum exploranda erunt. Et explorationem ne quis falso tribuat interrogatoriis partium: adiicit in fine: *Diligentia iudicantis est explorare.*

Profecto litigantiū interrogationes scriptæ, quibus nunc utimur in processu iudicario, non examinant, non explorant: sed confundunt, calumniantur, & euertunt vera testium dicta. Tractatur in *Cum causam que*.

A E Q V I T A T E . Tit. X. in

qua inter Archiepiscopum de testib. Et haec tenus
de priore cognitionis parte.

Posteriorem vero partem officii sui iudex
recte expedier tribus modis: videlicet, iure-
iurando; transactione, sententia. Primum
autem omnium debet parare animos dissil-
dentiū ad tranfigendam futuram, aut cœ-
pram litem. Quod ut eo commodius fiat: iū-
pfe iudex honestissimam hanc operam sub-
ibit, non sine maximo fructu. Nam audiē-
do summatim caussam, facilime intelliget
totum controversiae scopum, & uter iure sit
superior. Plus certe lucis ad cognoscendam
caussā adfert una coram audiēdi hora, quam
annus, quo iudicaria leguntur scripta.

Quanquam autem Dōctores vix summo
attingentes dīgito huiusmodi præclara iuris
dogmata, solent ea urbanitatem appellare,
non præceptum iuris: dico tamen cum
optimis auctoribus: ista deurbanitate dicta,
non solum falsa esse iure scripto, sed etiam
impia prorsus: sicut sequentibus locis pro-
babimus clare.

Proculus in l. *Quidam Iberius ff. de servitutis
urbā: pradio.* De qua re (inquit) volo cum
Iberio loquaris, ne rem illicitam faciat. Nec I-
berium de ea redubitare puto, quod rem non per-
missam faciat, tubulos secundum parietem com-
munem.

munem extruendo. At (dicet forte aliquis) Proculus hic non præcepit? Certe multo minus refert urbanitatem, vel sales. Nulla proprium modum lex in Pandectis habet verbum (*principio,*) estne ideo nulla lex præceptum? Faceant istæ ineptiæ.

Romani olim in Republica bene constituta obseruabant, ut non daretur actio in personam, nisi admonito prius debitore, hoc modo. Denunciabatur ei dies, quo aut soluendum, aut iudicium eo nomine suscipiendum esset, idque testato, hoc est, adhibiti testibus, qui id factum esse confirmarent.

Paulus quoque in l. *Æmilius Larianus.* ff. *Deminori.* *Vendor* (ait) *denunciationibus tutioribus saepe datis, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat.* Diocletianus & Maximianus Imperatores, *Debitores* (inquiunt) *præsentes prius denunciationibus conueniendi sunt.* Igitur, si conuenti debito satis non fecerint, per sequenti sibi pignora seu hypothecas, quas instrumento specialiter comprehensas esse dicis, *competentibus actionibus, rector provincie auctoritatis sua auxilium impartire non dubitabit.* Inde actiones in personam omnes appellatae sunt condiciones. Condicere enim prisca lingua denunciare est. *S. Appellamus Inst. de actionib.*

Acce-

Accedit auctor cœli & terræ Deus ipse,
Matth. 8. Luc. 17. 1. Corinth. 13. Si peccauerit
 in te frater tuus, vade & corripe eum inter te &
 ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem
 tuum. Si te non audierit, adhibe tecum unum vel
 duos: ut in ore duorum vel trium stet omne ver-
 bum. Quod si non audierit, dic Ecclesia. Videtur
 ne iam tibi urbanitas aut lusus esse id, quod
 præcepit æquitas auctore Christo? Est ne pri-
 marium iuris præceptum, honeste viuere?
Instit. de iustiti. & iur. l. Iustitia est. ff. eod. tit.
 Vixitne honeste, qui proximum suum non
 admonitum, molestia adficit iudiciaria,
 quam modico fortassis denunciandi nego-
 cio euitare potuisset?

Eleganter illud accedit: Quod iudicium
 & consilium non ita multum differunt. Nam
 venerandæ antiquitati consulere fuit iudi-
 care, hoc est de utili & honesto decernere.
 Vnde Senatus consultum nomen traxit. Et
 nunc quoq; si quid interest, hoc fuerit: Quod
 in iudiciis contentiosa: in consiliis vero vo-
 luntaria iurisdictio exercetur. *l. 2. ff. de offic.*
Procons. Iudicia item aperte tractantur: con-
 filia autem plerunque semotis arbitris. Alio-
 qui effectus vtrorumque eodem tendit. Vn-
 de adfessores quoque iudiciorum, dicuntur
 consiliarii. *l. Consiliarius. & l. ulti. ff. de adfes-*
sori-

sori. Quid autem iudex potest consulere velius atque honestius, quam ut dissentientes redeant in concordiam, quam Deus amat? Sæpe enim progressu litis, & controverten tes ipsi, & eorum cognatio ad perpetua rapi tur odia, quæ interdum & vitæ & bonorum dispendio exerceuntur.

Qua ratione Leo & Antoninus, loquen tes de feriis: Ad se (inquiunt) veniant aduersarij non timentes subeat unimos vicaria pœnitudo, pacta conferant, transactiones loquantur. Pa piniantis in l. vlti. ff. Famili. ericund. Arbitrio (inquit) accepto; fratres communem hereditatem consensu dissidentes, pietatis officio fungantur. Vlpianus in l. Item si res. §. Potest etiam ff. de aliena iudici. mutand. caus. fact. Hac enim (ait) verecundia. Et cogitatio eius, qui lites exer cratur, non est vituperanda.

Quinimo iudex aliquando suadere debet litigatoribus, ut caussam componant. Vnde Diocletianus & Maximianus, in l. Ex stipulatione. C. de sentent. Et interlocuto. omni iudic. distinguentes consilium iuditis de trans actione datum à sententia: Pacisci (inquiunt) proximis personis suadendo. Et infra: Vox pacisci suadentis Praesidis.

Quare & iudex in posteriore actione, vel (ut nunc dicimus) in secunda instantia nihil aliud.

aliud facere debet, quam consultare, ut ceteriter prioris sententiae error emendetur, utque partes in gratiam redeant mutuantur. Vnde est Tit. C. de appellationibus & consultationibus. Consultare enim non significat priorem molestram conduplicare, ac noua in immensum scripta congerere, ut nunc sit: sed frequenti opera consilium minire, quemadmodum reformata praecedentis disceptationis iactura, iustiorum ac celeriorum caussa sortiatur exitum.

V. Conclusio in causa pertinet semper ad formam iudicii, nec potest omitti: non ea ratione, quam formularii comminiscuntur: sed ideo, quia humanus affectus ex natura corrupta, proclivus est ad controverten- dum. leg. Item si unus. §. ult. ff. de recept. arbit. Præterea litigatores, dum vel inscitiae, vel fraudis conscientia metuunt causæ suæ; nullum faciunt scribendi aut dicendi finem: quia nunquam sibi satisfaciunt, semper aliquid putantes addendum. Oportet ergo iudicem curare, ut tandem ineptiarum processus conclusatur; utque sciant partes, certum litis exitum per sententiam fore. l. Iudices. C. de iudi- ci. Cle. Sape. de verbis signific.

In conclusione olim scopum iuris in unam aut paucas theses solebant reducere, vel consu-

consensu partium, vel auctoritate iudicis: ut ad Principem referretur, si magna & dubia admodum esset caussa. Si leuior, ad aliquem Iurisperitum: quod Bartolus vocat formare punctum. Inde est titulus C. De relationibus. Ex quo multa præclara vetustatis vestigia relucent, ad colligendam æquitatem. Et in l. i. ff. de appellatio. & consultatio. declaratur differentia inter consultationem, & appellationem.

Idem enim significant consulere Principe: referre ad Principem: & reiicere caussam ad Principem. Errant autem tota via, qui putant cōsultationes ad Principem hodie prohiberi. Quare sic collige secundum Bartolum & Accursium, aliosq, communiter.

Primo Iudicibus de facto dubitantibus nemo debet aliud consilium impartire, quā vt seipso inuestigandę veritati religioso exhibeant, hoc est, in timore Dei diligentes. l. eum quem temere. ff. de. iudici. Hac enim res (inquit) nonnunquam infamat, & materiam gratia vel ambitionis tribuit.

Secundo si de iure, quod ex facto collectum fuerit, iudex dubitet: potest ac debet hodie etiam referre, vel ad Principem, vel ad Iurisperitum. Bartolus in l. i. C. de relationib. Probatur Non de iudicibus. Con. 82.

Tertio

Tertio, si iudices cœperint audire causam non sine sumptu litigantium, vel etiam si ante cœptum iudicium, volentes inuidiam euitare, reiecerint causam ad Principē, id videtur contra ius & æquitatem. Sic intelligitur Nou. de iudic. Constit. 125.

Est ergo maximus conclusionis effectus. Nam interrumpit vanum disceptandi progressum, & præparat viam dicendæ sententiæ.

V. I. Sententia ad iudicii constitutionem haud dubie pertinet necessario, vbi causa non potest aliter transfigi: quandoquidem tota iudicis cognitio māca est, nisi sequatur res iudicata, quę finem controversiis imponat. Hanc autem alias dici oportet ex breviculo, & pro tribunali, quod editiore loco ponit plerunq; solet. Alias de plano, sine prædicta solemnitate. l. Nec quidquam. §. de plano. ff. de offic. Procons. & legat. l. Miles. §. Sexaginta. ff. ad leg. Iuli. de adulter.

Sententiam autem dicere non sufficit, nisi iusta dicatur: adeo, ut ne nomen quidem aliter sententiæ mereatur. Modestinus in l. 1. ff. de re iudicat. Res iudicata (inquit) dicitur, quę finem controversiarum pronunciatione iudicis accipit: quod vel condemnatione, vel absolutione contingit. Vlpianus in l. 3. ibidem. Condemna-

degnatum (ait) accipere debemus eum, qui rite condemnatus est, ut sententia valeat. Ceterū si aliquaratione sententia nullius momenti sit, dicendum est, condemnationis verbum non tenere.

Pulchre itaque cohærent istae partes. Cittatio enim vocat iudicandum. Editio actionis instruit. Litis contestatio confirmat iudicium. Cognitio aperit negocium. Conclusio interrupit disceptationem. Sententia diffinit totam litem.

Ex predictis apparent perniciosissimi errores, quibus nostra tribunalia scatent:

I^r. Quod hoc tempore Magistratus permitunt omnes omnium personarum caussas ex scripto tractari: quanquam & nonnulli sunt scriptorum nimis morosi contemptores. Et sic iudicia ad nudas perducunt ceremonias scribendi, nihilo fœlicius, quamvis quis ex imagine proutu depicta, voluerit cognoscere hominem nunquam visum.

Modus igitur adhibendus est secundum æquitatem: vt, sicut non semper ita, sepe cognoscant iudices ex non scripto, ac tali sint adfectu, ut vel vno dñe (si veritatem intelligant) expeditam voluerint esse litem.

II. Erratur in eo, quod iudices plerique non aliter pro tribunali; quam in scena ἡρῷον seu satellitium tantum ostendunt,

nec loquentes quidquam, nec agentes, præter termini (ut vocant præscriptam) ceremoniam. Et fere nihil putant aliud dicendum, quam Decemimus. Admittimus, Prolongamus: ultimum sc. causidici; nescio quid ad satisfaciendum termino petentis, verbum pro more repetentes ad instar echonis.

Profecto, si iudicem sufficiat ad ceremonias tantum cōniuere: cur non minore sumptu statua ponatur in tribunalibus, additacista, in quam scripta coniiciant causidici: ut dum collectis aliquot causarum actis legantur obiter singulis mensibus?

Porro, omnes iudiciorum formulæ & observationes nihil prorsus conferunt ad causarum cognitionem, nisi iudex ipse viua voce animum suum instruat de his, quæ dubia in facto videntur. Sic enim causæ progressus præsente opera, veluti nauis in portum dirigi per eum débet:

Hinc sit, quod quanto plus reförmentur processus nostri iudicarii; tanto longius ab æquitate cognoscendi recedatur. Ut aut. demus, nouis istis observationibus forte commodari vni vel alteri causæ: certe iisdem rursus incommodatur mille aliis. Ita fit, ut dum Charybdim fugiunt, incident in Scyllam: nisi æquitati, omnium velut ductrici horarum rem totam committant.

III. Per.

III. Perniciosi hodie erroris & hoc est, quod auctorum & actitatorum (ut vocant) volumina ad tribunal Cæsaris appellando deferimus: ut illi, alioquin doctissimi viri, cognoscat de iustitia & iniustitia prioris sententiae. Quid autem id est aliud, quam Imperatorem consulere de qualitate facti alieni? Quomodo proceres illi, per tanta locorum interualla videbunt personarum, rerum, loci, & aliud id genus circumstantias? Sed, in scriptis ista continentur, inquies: Quid scripta præstent, paulo ante diximus, & satis nos docet experientia. Aequitas vult presentiam iudicis, ut caussam videat, hoc est, ut circumstantias coram intueatur. Ideoque tot sunt tribunalia, ut suis quibuslibet locis adsit iudex, qui mores hominum, & rerum conditiones melius teneat quotidiana conversatione, quam alias.

Cur non igitur nunc quoque refertur ad iudices Imperatorios, formato (ut Bartolus dicit) puncto: quo minore opera, & breuiore admodum tempore diffiniat id, quod potissimum in quavis caussa dubitatur? Profecto, si recte discernas, non habet alium auctorem ista mutatio, quam vanitatem & inconstantiam, quæ viget & regnat in scholis: ex quib. cum iuuentute perpetuā instituta pro-

prodit in forum. Quales enim à teneris annis formamur, tales per totam ætatem nos exhibemus Reipublicæ iudices.

Si ergo curiosis esse placeat (neque enim studium hoc inutile censetur) de reformandis ac bene constituendis caussarum cognitionibus: primum omnium curare oportet, ut veluti profluentis aquæ riuuli, à capite purgentur vitia. Caput autem omnium Magistratum, & aliorum, qui in foro & sacro-sancta iustitiae officina versantur, sunt publicæ scholæ: in quibus sic erudiri debent studiosi, ut veram æquitatis artem, quæ exercenda postmodum sit, percipient. Expoliri enim debent solida doctrina, non distrahi altercationibus iuuenum ingenia. Nihil sane profuerit de ordinis iudicarii præscripto, de cautelis, cæterisque apicibus disputare: nisi hoc potius ostendatur studiosis, quomodo ille ipse processus pro varietate caussarum diminuendus sit ad finiendas lites.



A E Q V I S S I

TIT. XI.

*AE QVISSIMAE, PROPTER
brevitatem, Romanorum iudi-
ciorum formulae.*

Interrogationes præparatoriae.

Q. T. I. I. C. P. A. T. F. A. Id est :
Quando te iniure conspicio : postulo,
an te facias auctorem ?

Solebant enim veteres notis duntaxat li-
terarum , formulam tam frequentem & no-
tam significare : sicut & alias plerasque res
brevitati semper consulentes.

De Vindiciis.

In initiis iudiciorum disceptabatur inter
litigatores , uter eorum rem pendente co-
gnitione possideret. Id ius disceptandi , & ob
rem detinendam interim corporalem aut
incorporalem controversia, dicebatur Vin-
diciæ , à vindice , hoc est , præde seu fideius-
sore.

flore. Quoniam is, penes quem res manebat, prædem dare tenebatur: nil in re possessa de-
terius interim se facturum. Pomponius *in l.*
2. §. Et cum placuerisset ff. de orig. iuris, vindicias
secundum libertatem dicere appellat. *Qui*
cum animaduertisset (inquit) Appium Claudi-
um contra ius, quod ipse ex vetere iure in duode-
cim tabularum translulerat, vindicias filia sua à
se abdixisse, & secundum eum, qui ab eo supposi-
tus, inferiutum petierat, dixisse.

Formula petendæ rei immobilis.

F. Q. E. I. A. Q. S. V. M. E. E.
F. E. I. M. E. A. I. E. T. E. I. M. C.
V. Fundus qui est in agro, qui Sabinus voca-
tur, meus est: eum ego ex iure meum esse aio:
Ibi ego te ex iure manu consertum voco.

Formula excipiendi.

V. T. M. E. I. M. C. V. I. E. T. R.
Id est, Vnde tu me ex iure manu con-
sertum vocasti, inde ego te reuoco.

Meminit horum verborum Cicero *in ora-*
tione pro Murena, quæ Gellius *libr. ult. cap. 9.*
latius explicat. Antiquissimis enim tempori-
bus, cum de remobili aut immobili in iure
disceptabatur, aduersarii simul apud Præto-
reum, in re vel loco præsenti manu prendebat
solemni-

solemnibus verbis vindicando , hoc est, propriam adserendo. Ea dicebatur vindicia cor-
reptio manus in iure præsenti : ex 12. Tabu-
lis haud dubie ad evitandam incertitudi-
nem rei litigiosæ , quæ alioqui sæpe conti-
git, introducta. Si qui (inquit lex) in iure ma-
num conserunt.

Sed postquam Prætores , propagatis Ita-
liæ finibus , immensis rerum negotiis occu-
pati, non possent ipsi in rem præsentem pro-
cul ab urbe exercendarum actionum gratia
venire: institutum fuit, ut litigantes , non
apud Prætorēm ex iure manum consererent:
sed ex iure manu consertum vocarent, id est,
alter alterum ex iure ad cōserendam ma-
num in rem , de qua ageretur , vocaret. At-
que profecti simul in agrum litigiosum, ter-
ræ aliquid ex eo, veluti vnam glebam, in ur-
bem deferebant ad Prætorem in ius , & in
cagleba , tanquam intoto agro , vindica-
bant.

Conserere autem manum dicimur cum
hoste , Streiten. Inde tracta est appellatio
iudicialis, manu consertum : quoniam & in
iudiciis digladiari videmur.

Formula vindicationis.

Qui apud Magistratum populi Romani ,
vel

vel Prætorem, vel Præsidem vindicabat, item in iure exhibitam ab aduersario, si mobilis erat: alioqui glebam agri litigiosi (ut diximus) manu tenens dicebat'. H. E. R. E. I. Q. M. E. A. Id est, Hanc ego rem ex iure Quiritum meam esse aio.

Formula exceptionis.

A. E. E. C. V. Id est, At ego eam contra vindico.

Quod si aduersarius contra non vindicabat, sed actori adsentiebatur: tunc cessio appellari solebat.

Ad primum respexit Iustinianus, in §. 1. *Instit. de actio.* veluti (inquit) si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet: possessor autem dominum eius se esse dicat.

Ad posterius pertinet, quod Ulpianus in l. i. in princ. ff. de edend. Ut proinde (ait) scias reus utrum cedere, an contendere ultra debeat.

Formula actionis in personam.

A. T. M. D. O. Vel, A. T. M. F. O. Id est, Aio te mihi dare oportere: Aio te mihi facere oportere. *I. Facere.* & *I. Verbum oportere.* *ff. de verbor. significa.*

DE IURE ET
Formalitis contestande.

Proposita per actorem formula perséquendi: Prætor primum cognoscebat, an ea excidisset, an item negocio cōueniret. Quorum alterum si obstareret, actionē eximebat. Quod si iusta esset formula & conueniens: actionem dabant petēti, tamen certis verbis. Vnde dicebātur impetrare actionem: & iam nunc alicubi actores dicuntur impetrantes.

Deinde data actione, Prætor interrogabat litigatores: an sibi de ea re iudicandi potestatem facerent? Ipsi se facere r̄espondebant: sicque lite contestata, hoc est coram testibus admissa, iudicium accipiebatur. Tum deponebant in æde sacra pecuniam, quam, qui vicisset, lucrabatur, inde sacramentum appellatam. Aut(si mallent) simpli-citer spondentes contendebant.

Duobus verbis aut adfirmabant, aut negabant litigantes, A. vel N. i. e. Aio, vel Ne-gō. Priore casu actor sic inuocabat Iudicem: T. I. A. V. P. V. D. Id est, Tempore iudicem arbitrūmve postulo ut des.

Posteriore vero specie hoc modo: Q. N. T. S. Q. P. Id est, Quando negas, te Sa-cramento quinquagenario prouoco: vel, Sponsione quinquagenaria prouoco.

Nonnunquam tamen dubitabant rei cō-
uen-

uenti, neutrum simpliciter respondentes,
iuxta l. Siquidem. C. de exceptionibus. Vnde sunt
illæ notæ. Q. N. A. N. N. Id est, Quan-
do neque ais, neque negas.

Inde apud Ciceronem dicitur: Sacramen-
to vincere. Idem, sponsione contendere. V-
trunque autem arbitrio partium tacito per-
mittebatur: quum interim vadimonium es-
set necessitatis. Nam inuiti compelleban-
tur sub certa poena promittere, se iudicio
staturos: aliquando vade, hoc est, fideiussor-
re dato. Vnde vadari, pro vadimonio ob-
stringere.

Euidens utilitatis ratio suadebat olim,
sacramentum & sponsionem, quibus iam
nunc quoque vtuntur alicubi, præsertim in
caussis appellationum certam deponentes
pecuniam, nimirum, q̄ calumniam litigati-
um vehementer coerceret. Varro lib. 2. Qui
iudicio autem vicerat (inquit) suum sacra-
mentum à sacro auferebat: Vici ad ararium redi-
bant, hoc est, numi eius, qui vicebatur, ar-
ario cedebant in pœnam iniusta litigationis. Vale-
rius lib. 7. cap. 7. Sacramento cum adolescentu-
lo contendere ausi non sunt. Et cap. 8. Aphronia
tum cum sorore sacramento contendere noluit. A
numero æris, vel assium quinquagenario;
dicitur sacramentum quinquagenarium.

L 2 Titu-

TIT. XII.

*AE QVVM NE SIT, VT
à sententia de possessione dicta,
pronocetur.*

NVllum evidentius exemplum exhiberi potest, quomodo regulæ generales summi iuris imponant plerisque: quam istud de appellatione in contiouersia possessio- nis. Eam enim ius ciuile optimis boni & æqui rationibus prohibet, in l. i. C. Si de mo- menta. possessio. Cum de possessione (inquiunt Imperatores) & eius momenio caussa dicitur : et si appellatio interposita fuerit : tamen lata sen- tentia sortitur effectum. Ita tamen possessionis re- formationem fieri oportet, ut integra omnis pro- prietatis caussa seruetur.

Certe iustissima hæc est sanctio. Quorsum enim pertinet cognitio possessionis, quæ prior solet tractari? Ad hoc (dices) ut eo fœ- liarius peruehiatur ad iudicium propri- tatis. Recte quidem, iuxta §. Retinenda. In- stituta.

fit. de interdict. iunct. princip. Peruenieturne itaque fœliciter aut ullo tempore ad finem tractandæ proprietatis, si Nestoreos annos liceat possessionis pronunciationem appellationibus suspendere? Credo neminem id sanæ mentis dicturum. Ergo & naturalis ratio, & ciuilis auctoritas dictat, prævocationem à sententia momentaneæ possessionis non esse admittendam.

Hinc autem Doctores constituunt differentiam inter ius ciuile, quod vetat: & ius pontificium, quod permittit appellationem in iudicio possessorio. Verum errant toto cœlo. Nam in effectu rei Romani pontifices nihil dissentunt ab ordinatione Imperatoria: Imo nec communis opinio discrepat.

Nusquam enim canones dicunt: quod à tali sententia recte appelletur. Sunt quedam passim exempla, in quibus tractata est possessionis cauſa, & admittitur utique appellatio per æquitatem consideratis circumstantiis. Sed inde non potest statui generalis diffinitio, quod iudicium possessorium admittat appellationem.

Quām ob rem Angelus in Consili. 46. Incipien. viso puncto predicto, rectissime concludit: non appellari etiam iure canonico à sententia possessorii iudicij: nihilque obſtare,

L 3 quod

quod sententia sit diffinitiua, ut probatur
in c. fi. de iudici. c. 2. Ut lit. non contestat. Cle. 1.
de sequestra. possessio. & fructu. Gloss. & Docto-
res in leg. 1. C. Si de momenta. possess. Ratio.
Quia non consequitur: Sententia est diffi-
nitiua; Ergo potest ab ea prouocari. Quini-
mo appellatur nonnunquam ab interlocu-
toria, cum tamen à diffinitiua id non liceat.
Hæc autem consequentia valet: Sententia
est iniusta, lædit, & adfert grauamen irrecu-
perabile: Ergo potest ab ea recte appellari si-
ue sit diffinitiua, siue sit interlocutoria.

Rursus ea regula iuris Pontificij, qua dici-
tolet: A qualibet interlocutione iudicis appella-
zur: accipiēdā est, primum, si grauet: alio-
qui est friuola prouocatio. c. Cum appellatio-
nib. de appellatio.lib.6. Denique excipiendum
est, si non à sententia possessionis appelle-
zur. d. l. 1. qua canonizata est (ut vocant) 2. q.
6. c. Si de possessione. Vbi gloss. Et Archidiaconus
respondet ad c. Cum ad sedem. de restit. spoliato.
Nam non potest colligi de hoc usquam re-
gula summi iuris, sed exemplum æquitatis,
in toto iure Pontificio: cum tractatur caus-
æ Ecclesiastica, inter personas Ecclesiasti-
cas. Quid enim hic differunt plerunque pos-
sessio & proprietas? Et propterea Ab-
bas in dict. c. Cum ad sedem, fatetur; utrun-
que

que iudicium fuisse iudicii commissum. Proinde pars grauata cur non appellaret?

Sed nonne (dicet forte quispiam) est communis opinio Doctorum: quod a sententia iudicij possessorii recte apelletur iure canonico? Et secundum communem opinionem iudicandum est. Certe postremum hoc non aliter procedit, quam si ratione legitima probari possit, ut alibi diximus. Interim, dic mihi, quomodo intelligis Abbatem, qui testatur huiusmodi communem opinionem, *in c. Cum ad sedem. de restitut. spoliato. c. I. de caus. possessio: & proprieta. Et c. fin. de iudici.* Putasne temerariis quoque appellationibus locum dari? Nō inducor, ut quenquam tam stultum aut perfidum credam, qui id tentet adserere. Itaque sic intelligendi sunt omnes Doctores: A sententia possessorij iudicij iniusta, & sic grauante, ut in petitorio reparara non possit, potest appellari. Et tali axiomate leges nihil repugnabunt canonibus. Nam & iure ciuili potest tum prouocari, ut Bartolus cum aliis recte accipit, *l. I. Cod. Si de momenta. possessio. quem Abbas in c. Cum ad sedem. de restitut. spoliat. approbat, referens, scita in quadam specie facti consuluisse. Eodem modo intelligi potest Cle. I. de sequestra. possessio. & fruct. Vbi Ioannes Andreæ putat.*

L. 4. esse.

esse locum expressum de appellatione à sententia possessorii admittenda.

Hanc rationem propemodum secutus Ferrariensis in sua praxi, de formalibelli in causa spoliata possessionis. versic. Per vestram diffiniciuam sententiam, sic distinguit. Si intendatur remedium possessionis ciuile, puta interdictum, vel condicō ex lege: tunc non admittitur appellatio iure ciuili, vel canonico. Sin autem proponatur auxilium iuris Pontificii, quale est ex vulgato c. Redintegranda: tunc habet locum appellatio. Nam qui utitur aliquo iure, is omnibus quoque circumstantiis & qualitatibus eius uti debet. Argu. l. fi. §. Et si prefatam. Et §. Sin autem hoc aliquis. C. de. iur. deliberand. Et hæc (inquit) ipsa veritas, sicut Deus est. Addens Baldum sic consuluisse Papiæ: suadens ea propter, ut in libello exprimatur qualitas remedij, quod intenditur. Idque referunt plerique in c. Querelam. de electio.

Itaque, ut certi aliquid concludamus quod & in scholis, & in foro secundum ius & æquitatem docendum sit: has theses verissimas sequere.

I. Appellandi usus (inquit Vlpianus) quam sit votus frequens, quamque necessarius: nemo est qui nesciat: quippe quum iniquitatem iudi-

can-

cantium, vel imperitiam corrigat: licet nonnunquam bene latas sententias, in peius reformat. Neque enim utique melius pronunciat, qui non uissimus sententiam laturus est. l. i. ff. de appellationibus. Pulchre accedit, quod Sophocles dicit: Non eundem esse finem sermonis, qui cursus. Nam illic vincit, qui præuenit, hic, qui magis ad rem dixit, non qui celerius. Curandum ergo, ut iudices appellationum sint oculati, ne impingant.

I I. Appellatio est inuenta ad præsidium innocentiae: non ut defendatur malitia appellantis. c. Suggestum. Et c. Ad nostram. de appella. c. Cum appellationibus fruolis. de appellatio. lib. 6.

I I I. Appellatio vbiunque est expresse prohibita: non debet iudex, à quo appellatur, supersedere executioni sententiæ c. Pastorialis. §. 1. de offici. delegat. c. Consuluit. 3. de appellat. Et ibi Abbas. c. Romana. eod. titulo. lib. 6.

I II.. Licet iudex deferat appellationi: nihil tamen minus potest præcipere appellanti, ne tentet id, propter quod prouocavit. Nam appellatio non tuetur quenquam ut faciat aliquid, cuius cauſa motus fuit ad prouocationē. Alioqui multa sequentur in perniciem innocentiae: c. Ex literis de ma-

L 5. tri. cont.

*tri. cont. interdict. Eccl. Et ibi gloss. cum Abbatte. Ioannes Andrea notat in d. c. Cum appellatio-
nibus friuolis. Accedunt c. Qua fronte. Et c.
Quum teneamur. de appellationib.*

V. Iurisdictio per appellationem suspen-
ditur quidem: sed si interim tentet aliquid
appellans, potest id iudex, a quo appellatum
est, restituere, salua appellatione. d. c. Quum-
teneamur.

VI. In iudicio possessionis momentaneæ;
hoc est, ubi nullum vertitur discrimen; quin
per victoriam petitorij sit restituenda pos-
sessio: non admittitur appellatione inter per-
sonas ciuiles; & de re ciuili. Nec discrepant
in hoc leges & canones, ut dictum est.

VII. Quoties per sententiam de possesso-
ne dictam refertur grauamen, quod in peti-
torio iudicio reparari non potest, puta, quū
non habeat regressum ad possessionem: to-
ties admittitur appellatione utroque iure. Ab-
bas in c. Cum ad sedem. de restitutio. spoliato.

VIII. In iudicio possessorio, si ex quacun-
que caussa admittatur appellatione: non est ta-
men differēda executio sententia. Quod o-
mnes Doctores recte colligunt cum Barto-
lo. ex l. i. C. Si de momenta. possesso. Idem iuri-
est in appellatione, quæ nonnunquam fit ab
execu-

executione. Et in hoc etiam nulla est differentia inter ius ciuile & canonicum.

IX. Quamuis à sententia iudicij possessorii, quæ irrecuperabile grauamen non adfert nullo modo possit appellari iure Romano, vel pontificio: ab interlocutione tamen iudicis de possessione cognoscentis, licet prouocare. Ratio est: *Quia grauamen tali sententia illatum non potest diffinitiuā sententia reformari in melius. c. Cum dilectus. de electio. Innocentius in c. significauerunt. de testib.*

Ex his, opinor, vides quam incepta loquantur passim de hoc themate: A sententia momentaneæ possessionis, an possit appellari: in quo nihil distant leges à canonibus, nisi quatenus ratio personarum vel rerum Ecclesiasticarum videtur exigere. Itaque non est differenda executio iudicij possessorij, velut: unicum præsidium tuendi iuris nostri.

Et ita semel atque iterum respondi Coloniæ, tam in ciuili, quam in Ecclesiastico foro.





TIT. XIII.

*VTRVM IVDEX CONSCI-
entiam suam, an probationes
sequi debeat.*

Vetus disputatio, nec certe contemnen-
da est, inter Martinum & Ioannem
glossatores iuris ciuilis, agitata autem la-
tius per leguleios recentiores: Vtrum iudex
in his, quæ controuertuntur, iuxta consci-
entiam suam, an potius secundum proba-
tiones in iudicium deductas, iudicare de-
beat?

Hanc quæstionem sic intelligunt Docto-
res, ut iudex certo sciat contrarium eius,
quod probatum est. Pone, Rem è duobus in
iudicium esse deductam. Actorem pro stabi-
lienda intentione sua adferre probationes.
Iudicem certo scire, eius adsertiōnem esse
falsam. Vel contra: Litigatores ea, quæ in
iudicium deducunt, quantumuis vera, non
posse probare. Hoc dato, Martinus dicit, Iu-
dicem

dicem debere conscientiam suam seqvi. Iohannes putat, probationes esse præferendas. His se Accursius cum suis interponit, distinguens duplarem in iudice conscientiam: Alteram, quam velut iudex habet, hoc est, eorum quæ videt aut intelligit tempore iudicij. Alteram, quam habet de iis, quæ priuatum scit. Et sic intelligunt communiter. Illicitas. ff. de offici. Praefid. Veritas rerum (inquit Ulpianus) erroribus gestorum non vitiatur. Et ideo Praeses id sequatur, quod conuenit eum ex fine eorum quæ probantur sequi.

Idem sentiunt Pontificii juris professores, in c. 1. de offici. ordina. Et in c. Pastoralis. §. Quia vero de offici. delegat. ubi gloss. & Abbas. Communiter autem hoc loco exempli proponunt. Quidam occidit hominem in platea Bononiensi. Iudex criminum forte fortuna propiciens ex fenestra, vidi perpetratum scelus & agnouit auctorem. Accusatus homicida percognatos defuncti, non potuit probationibus conuinci: quoniam nemo præter Magistratum adfuerat. Voluti iudex per torturam eruere confessionem ab accusato. Consulti professores illius fecisi, negabant accusatum sola iudicis conscientia quæstioni subdendum esse, prædictis rationibus.

Breuiter: Communis opinio est falsissima.

ma. Primum enim, in effectu nihil quærunt
Doctores aliud, quam vtrum iudex mendaci-
um, an veritatem inferenda sententia se-
qui debeat?

Nam (ut ad hypothesis de homicida re-
spiciamus) iudicem non fallit conscientia
admissi ab accusato sceleris: probationes
vero sunt falsæ, aut fortassis nullæ. Iam quis
dubitat, quin à iudice mendacium debeat
esse alienissimum? quippe boni & innocentis
viri officio eum fungi oportet. *l. Cetera.* §.
Mala. ff. *Famil.* *erciscund.* Improbi vero hu-
mīnes solent mentiri, & simulare id, quod
non est: aut dissimulare id, quod est: puniendo
eo nomine velut mediocriter delinquentes.
c. 1. de crimi. fals. l. Sed si ex parte. §. 1. ff. *Quod*
cum eo qui in alien. potesta. Deinde Magi-
strati tribuere duplicem conscientiam, est
contra naturam, ius, & æquitatem. Nam
conscientia est tacitum animi iudicium, per
quod aut accusatur falsitas, turpitudo: aut
defenditur veritas, honestasque, secundum
ineffabilem iustitiae à Deo nobis insculptæ
formulam. Vnde dici recte solet: *Conscien-*
tia mille testes. Siquidem res est simplicissi-
ma, nec diuidi potest in uno eodemque ho-
mine. *Quidquid enim fit contra conscientiam,*
contra veritatem fit; Et adificat ad gehennam, ut
rectissime

rectissime dicit Inocentius post Apostolum,
in c. Literas. de restitut. spoliato.

Quid igitur dicemus? Profecto citra omnem dubitationem sententia Martini est verissima: *Quod iudex velut unus homo, non habet nisi unam conscientiam, quam semper debet sequi, adhibitis legum formulis.* Nam primum officium iudicis est, in iudiciis amplecti veritatem facti, eamque ad æquitatem exigere. Non potest autem id fieri, nisi conscientiæ iudicio, ut supra late probauimus. Sunt tamen & nunc aliquot recensendæ rationes, ut inueteratum errorem aperte conpincamus.

I. Iudici probandum est, non aduersario, cui nunquam satisficeret, *iuxta l. Quinqa-*
ginta: in fin. ff. de probationib. Iam quid potest certius cognoscere, quam quod certo scit? Illud enim superat omnem probandi modum. *l. 2. In fin. ff. de feri. Minor viginti*
quinque annis ff. de minori. c. dilect. de appellat.
17. q. 2. c. Nec aliqua. Et 2. q. 1. §. Quando au-
tem. Hanc vero rationem tota commentatorum cohors, etiam si multa donemus, non posset sine calumnia inficiari.

II. Iudex in dubio, quoniam diuinare non potest, sequitur acta & probationes litigantium: quod nemo Doctorum negat. Ergo per:

per consequentiam sensus à cōcti, fateri eos oportet: Cū cognitatem, præfetri illam debere mniūm probationum imposturam apud ipsos quoque maxim iusmodi ex contrario ductum, in l. 1. ff. de offici. eius cui mrisdit.

III. Si iudex non debeat sequiam: quorsum pertinent istae vobu boni viri: diligentī inquisitione animi: & aliæ id genus sexcentā nim pertinent ad demonstrand conscientiam, quæ falli non possunt probationum technis mirum inleat prudentissimis sæpe viris im ne hæc vera? Etsi ad usum fori ex ne sensus communis, perniciose Doctorum opinionem, qua meritati præferunt.

III. Omnes vnanimiter fatēcem posse moueri ad dicendam ex caussis à partibus non alle te aliunde colligat præsumptioni ulterium cum incestu. §. Idem Imp leg. Iuli. de adulter. Et ibi Bartolin eus. §. fi. de testament. Vbi iude ex iure non allegato à partibus.

aduers. quos. c. Cum dilectus. de consuetudi. l. I.
C. De his quæ defunt aduocat. Quo circa consul-
lunt, ut iudex caußam, propter quam mo-
uetur ita pronunciare, adiiciat nominatum
in sententia, quo possit velut ex actis in cau-
sa appellationis iustificari, sicut probatur in
c. Adferte. de presumptio. Et in c. Venerabilis. de
exceptionib. Dum dicit: Quia vero constitit.
Abbas in c. bona. de postulatio. pralato:

Quid autem aliud est supplere intentio-
nem, vel defensionem Partium: nisi consci-
entiam & veritatem sequi: Ut satis mirari
non possim, quid in mentem venerit com-
mentatoribus, cur verissimam Martini sen-
tentiam damnarent.

Non obstat l. Illicitas. §. veritas. ff. de offic.
Praesid. Loquitur enim de casibus, qui fre-
quenter euenire solent, ut fere omnes leges.
Plerunque autem solet iudex ignorare, quæ
alius facit, & ideo sequitur probationum
adminicula. Per hoc tamen non præjudica-
tur veritati, quæ vitiari non potest errorib.
gestorum, & semper præferenda est, cum e-
lucet. Quare, si recte inspicias dictum locum
probat ex diametro aduersus communem
opinionem.

Sed dicet quis: Credetne iudex appella-
tionis vni plus iudici, qui sententiam dixit,
quam

quam multis testibus, vel instrumentis
vtique videtur iniquum. Respondeo. In-
quentior est iste casus, quam ut subue-
possit regulam. Proinde si sic eueniat,
refert ad hanc sententiam, vtrum iude-
pellationis voluerit credere iudici prae-
sententiæ, an non. Ipse boni viri offici-
stabitur superiori veritatem: sicut vide-
per totum ius scriptum olim factum fuit.
Quo. etiam Apostoli pertinent, & relati-
inferiorum iudicium, vt C. de relat. Ce-
non per omnia Magistratus superior se-
tur veram iudicis prioris relationem co-
entiæ suæ: suspectam tamen habebit
sam, eq; diligentius inspiciet omnia, fi-
te possit falsitatem deprehendere. Hoc
verum officium est integri iudicis.

Primus itaque gradus æquitatis est,
plicem tenere veritatem. Vnde exceptio
numeratæ pecuniaæ nullam constituit
rentiam, vtrum iusurandum dederit
tor, an non. l. ult. C. de non numerat. pecunia.

Confessio idem propria non mutat
tatem. leg. Quidam quasi ex Seia. &c. l. j.
de probat.

Contractus denique imaginarii eti-
emptoribus iuris vinculum non obtin-
cum fides facti simulatur, non interced-

veritate, auctore Modestino, in l. Contractus.
ff. de actionib. & obligationib.

Comœdi & tragœdi, hoc est fabularum actores: Mimi, imitatores quarundam personarum: Panthomimi, omnium personarum effictores: Archimimi, principes histrionū: Ethologi Ethopeique, morum & effectuum effictores, uno verbo hypocritæ, hoc est, alienæ personæ simulatores dicuntur. Latine Histriones appellare possumus: quorum actio est fingere vultum, & decipere specie retri. At iudicem oportet his omnibus esse dissimilem. Proverb. 6. & 10. Vbi sunt multa de his. Ex vero enim conscientię iudicio statuere debet omnia. Apostolus: *Quiquid feceritis, ex animo facite, tanquam Domino & non hominibus.* Coloss. 3. Rom. 9. Ioan. 7. Nolite iudicare secundum aspectū, sed iusto iudicio iudicate.

Veritas naturæ non est ciuilibus constitutionib. adumbranda. Sed ubi vera res non est: ibi potest ars & humana auctoritas natu-ram imitari. Papinianus in l. *Filio quem.* ff. de lib. & posthu. Namq; (inquit) in omnifere iure sic obseruari conuenit, ut veri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur: *Ne imagine natura veritas adumbretur.*

Eadem ratione, non potest lædi veritas de statu alicuius, per tenorem instrumenti male concepsa.

concepti. l. Imperator. ff. de stat. homi-
ment. l. vlt. ff. ead. tit.

Alimentorum cauſſa quantumuis f-
digna , digna tamen veritati facit pr-
cium , ſi quis non ſit filius. l. penult. ff.
quiſui vel alie. iuris ſunt.

Veritas rei gestæ ſemper ſpectanda
iam ſi aliud ſit in opinione. Vlpianus in
utiliter. §. Titius pecuniam. ff. negocio.
In ſumma : Veritas Domini manet in
num, aduersus omnes omnium opinio-
mendacia.



TIT. XIV.

CIVITAS, CORPVS,
uniuersitas hominum, an & quia
poſſit puniri per ſententiam
iudicis.

Salus Reipublicæ. quæ bono viro cl-
ma eſſe debet, efficit, ut in tracta-
quitate primarium exemplum de pur-
uniuerſitate, præterire non debeam.

enim ea in re lapsos esse (ut modeste dicam) magni nominis viros, quibus haud dubie stricti iuris ratio imposuit. Et, ne quid mihi hoc seculo multis modis periculoso, hęc tractatio paret inuidiæ, quasi paradoxa tradenti, quæ multis displiceant: sequar Bartolum & Innocentium velut antesignanos dogmatum, quæ proponam. Nam eorum sententias ita confirmabo, ut non nisi impudenterissimus aliquis, aut omnium plane rerum ignarus, possit inficiari. Itaque Bartolus *in l.* Aut facta. §. fin. ff. Depoen. proponit hęc tria, quæ dicit esse difficillima.

- I. Vtrum aliud vniuersitas quam homines singuli vniuersitatis?
- II. An vniuersitas possit delinquere?
- III. Num vniuersitas possit puniri, & qua pœna?

Prima Quæstio sic est distinguenda: Si rem ipsam materialiter respiciamus secundum philosophos: fatetur Bartolus, totum non differre à suis partibus. Quid enim est aliud vniuersitas, quam homines singuli, qui eam constituunt? Sin autem formam & ordinationem iuris consideremus: longe aliud est vniuersitas, quam singuli sub ea homines.

Probatur Institut. de rer. diuiso. §. Vniuer-

sita-

fitatis sunt. l. Quædam naturali. p
Vlpianus in l. Sicut. ff. Quid cuius
nomin. Si quid (inquit) vniuersitas
singulis non debetur: nec quod de
singuli debent.

Rationem addit Bartolus: q
tibus personis, aliisque redeu
net eadem vniuersitas. Ergo al
sitatis, alia singulorum ratio. l.
ff. de iudici. Respondi (ait Alfen
si unus aut alter, sed & si omnes i
essent: tamen & rem eandem, & iu
quod antea fuisse, permanere. N
lum euenire, ut partibus commut
esse existimaretur: sed & in multi
Florentinus in l. Mortuo. ff. de
Quia (inquit) hereditas persona
sicut municipium, & curia, & soci
vicem: Ergo aliud est quam per
vicem refert.

In summa: qui negat, vniuer
censura differre à singulis hom
uertit totam humanæ societati
ordinationem, & est adgnatis
dus perinde ac si dicat: nullam
dam rerum differentiam in iure
SEcundam Quæstionem sim
nit Innocentius certe grauis

torum testimonio; Quod vniuersitas non possit delinquere: *in c. Grauem. de senten. excommunicata.* Quia vniuersitas est nomen iuris, neq; habet animum, Ergo nec delictum. *l. i. §. i. ff.* Si quadr. pauperi. feciss. dicat. Nec. n. (inquit Vlpianus) pot dici anima iniuriam fecisse, q; sensu caret. Accedit *l. Infans. ff. ad l. Corn. desicari.* Vlpianus in *l.* Sed ex dolo. de dol. mal. Sed an in *municipes* (ait) de dolo detur actio, dubitatur. Ego puto ex suo quidem dolo non posse dari (quid enim municipes dolo facere possunt?) sed si quid ad eos peruenit ex dolo eorum, quires eorum administrant: puto dandam.

Vt aut propius accedamus ad rem constitutam (auctore Bart.) 3. verissimas theses.

I. Si strictum iuris prescriptum sequamur, non potest dici proprius, quod vniuersitas delinquit. Ceterum, quando aequitas non patitur tam pertinaciter excusari delicta, quae utiq; fiunt ab iis, qui in vniuersitate sunt: tēperādum est hoc ius: eo, quo sequitur, modo.

II. Delictum, quod in prætermittendo consistit, potest adscribi vniuersitatibus. Ut si quid ex præcepto legis faciendum erat: id si prætermittatur per administratores Reip. tunc ciuitas illa deliquisse censetur. *l. Iubemus nullam nauem. C. de sacro san. Eccl. iunct. l. Si Procurator. §. Si tutores. ff. Mandat.*

III. In

III. In ijs, quæ faciendo committ
contra ius, si talia fuerint, quæ ad so
niuersitatis potestatem pertinent: vt si
re, ius dicere, actionem facere: tun
ctum potest vniuersitati, quanquam p
ctores admissum, imputari: *vt in Cor
Friderici. de statut. Et consuetudi. cont.
Eccle. in princ. Et §. 1.*

IV. Cætera delicta, quæ non ex pe
vniuersitatis potestate proficiscuntur
sunt cum aliis communia: *vt occidere
nem, inferre violentiam, diripere res
nas: propriæ quidem non cadunt in vi
sitatem: quoniam certos habent semp
ctores: verum, si mandatu regentium
aliquo modo & improptie dicuntur pe
uersitatem perpetrari. argument. l. 1.
Et l. 2. ff. de acquirend. possessio. l. 1. ff. de
uniuersita. Sic accipiendus est Vlpian
i. Metum autem præsentem. ff. Quod met
Animaduertendum est autem (ait) quo
tor hoc edicto generaliter & in rem loquitur
adiicit, à quo gestum sit. Et ideo, siue sing
lit persona, quæ metum intulit: vel populu
curia, vel collegium, vel corpus: huic edi
cuerit. Et idem Vlpianus in l. Aliud. ff.
gut. iuris. refertur (inquit) ad uniuersos,
publice fit per maiorem partem.*

Terriæ Quæstioni Innocentius ita respondet: Vniuersitatem nullo modo posse puniri. Probat istud axioma duabus rationibus à naturali iustitia ductis, quas certe totus mundus in vnum hominem conflatus, non eleuaret. Primum, *in c. Grauem de sententi. excommunicatio.* Et *in c. dilectus. 2. de symoni.* sic argumentatur: Innocentia non debet puniri. Sed in vniuersitate, saltem maiore, qualis est ciuitas, sunt semper multi innocentes, qui discerni ab aliis non possunt. Ergo cessat in ea criminalis pœna, ne innocentes premantur. Recte quidem ille. Nam satius est mille nocentes feruare, quam vnum innocentem perdere. *l. Absentem. ff. de pœn.* Quo in loco Vlpianus eleganter ostendit, non esse contraria hæc: Punire cōtumaces: Et, quorundam in puniendo habere rationem. Deinde Innoc. fortiore vtitur arguento. Natura & omnis ratio honestatis vetat puniri in hoc mundo nondum natos. Sed vniuersitas, mortuis parentibus, eodem iure debetur succendentibus liberis, nascituisque. Ergo inquissimum esset, pœnam criminalem vniuersitati irrogare aduersus natos & nascituros. Superaret enim omnem crudelitatem, punire non solum innocentes, sed nondum editos mundo.

M Et

Et profecto neque Bartolus, neque ullus
vnquam Iurisperitus tentauit Innocentio,
vel potius Diuinæ rationi contradicere. In-
terim tamen mouent Bartolum quidam te-
xtus, in quibus putat rationes supra dictas
cessare: propter quos sententiam Innocen-
tii sic temperat.

I. Vniuersitas delinquens potest conueni-
ri atque etiam damnari de eo, quod ad eam
peruenit, sine vlla dubitatione. *l. Metum au-*
tem. §. Animaduertendum. ff. Quod met. caus. Et
l. Sed & ex dolo. §. i. ff. de dol. mal.

II. Ex delictis quoq; illis, quorum nomi-
ne liberi possunt puniri cum parentibus, vt
est crimen læsæ maiestatis: vniuersitati infli-
gitur pœna iure constituta. *l. Quisquis. C. ad l.*
lul. maiest. c. Fœlicis. de pœnis, lib. 6. Tractatur
de hoc crimine in Constit. Friderici. Quomodo
in læsa maiestat. crim. procedatur. Et in Constitu.
Qui sint rebelles. Vbi Bartolus, in verbo, Tran-
sit, admonet lectorum, ne locum illum ratio-
ne primâ fronte plausibili intelligat de alio
crimine, quam rebellionis iuxta l. Princi-
mus, in fin. C. de appellatioib.

Idem Bartolus in *l. aut facta. §. fin. ff. de pœn.*
refert duo exempla. Alterum Henrici Imp.
cuius sententiam dicit se vidisse: qua ciuita-
tem Brixiam condemnauit ad aratrum, sicut
de

de Carthagine dicit Modestinus, *in l. Si ususfructus. ff. Quib. mod. ususfruct. vel usus amittat.* Addit tamen Bartolus: Imperatorem reuocasse sententiam. Alterum exemplum narrat de Bonifacio Pontifice Romano, qui propter hæresim quorundam Templariorum, destruxit eorum collegia. Et recte, cum enim ad delendam Templariorum sub prætextu religionis cœptam superstitionem, non dirueret eorum templum?

III. Ex delictis, quorum nomine liberti cum parentibus non tenentur, ut sunt reliqua omnia redeundum est ad distinctionem superiorem. Nam si talia fuerint, quæ ipsa vniuersitas solet admittere: potest ipsa quoque puniri, puta, publicatione alicuius rei, *ut in l. Iubemus nullam nauem. C. de sacro sanct. Ecclesi.* Sin autem alterius generis fuerit delictum: tunc puniri quidem potest vniuersitas ciuiliter in pecuniam, ita tamen. ut si possint discerni delinquentes, nihil in eos durius statuatur, qui nihil commiserunt. Probatur exemplo fractę pacis, *in Constitut. de pacetenend.* inter subdit. & iurament. firmando. Si quis vero (inquit) a usu temerario predictam pacem violare presumperit: si ciuitas est, poena centum librarum auri camera nostra inferenda.

puniatur. Oppidum vero triginta libris auri multetur. Duces autem, Marchiones, & Comites, quinquaginta auri libras præsent. Capitanei quoque, & maiores valuafores, & omnes alij prædicti pacis violatores, tres libras auri inferre cogantur. Et damnum passo secundum leges resarciant.

Quod autem nocentes tantum (si discerni possint ab aliis in minoribus vniuersitatibus) puniri debeant, probatur in l. 1. ff. de *Magistrat. conuenien.* Sed si ordo (inquit Vlpianus) reperit in se periculum: dici debet, tene rieos, qui præsentes fuerunt.

IV. Cum delicta, ex quibus est irroganda pœna, non cadunt proprie in vniuersitatem, tametsi à ciuitate admissa vulgo & improprie dici soleant: tunc punire quidem vniuersitatem oportet, ne impunitas audaciam alat delinquendi: sed variata multum pœna: veluti, de homicidiis, incendiis, directionibus bonorum. Nam potest imponi pœna pecuniaria: capit is autem nullo modo. Quod enim aliud caput habet vniuersitas, quam vt dissoluatur, & occiduntur singuli homines? Sed hoc plane contra naturā & iniustum esse, supra probauimus. Ergo necessitas exigit: intolerabilem crudelitatem, quæ tyrannis est, mutari in aliam pœnam.

Néque

Neque vero nouum est, quod pœna ob causam varietur ex eodem delicto l. *Quid ergo.* §. *Pœna grauior.* ff. *de his qui not. infami.* Et l. *Hos accusare.* §. *Omnibus.* ff. *de accusationib.*

Sed dices : Quare non proceditur ad perdendam totam vniuersitatem , sicut ad tollendum è medio totum hominem propter delictum ? Respondet Bartolus: Ea acerbitas ideo non potest exerceri a duersus vniuersitatem : quia sequeretur iniquitas maxima, cuius supra sit mētio, quod innocentis quoque punirentur. *Quinimo & de pecuniaria pœna,* idem sentiens vehementissimo adfert: *Certe (inquit) & in veritate, ego concederem istud: quod licet superior totam vniuersitatem condemnet, ut dixi: tamen illi, qui non deliquerunt, non debent contribuere in solutione collectæ de iure,* arg. l. 1. circa princ. supra, *de magist. conuenien.* Et hoc vidi in quadam sententia diffinitiua Imperatoris Henrici. Hæc ille.

Ex his quærat Bartolus: Si omnes vniuersitatis homines vadant ad occidendum aliquem, an teneatur eo nomine vniuersitas ? Resp. non teneri eam : nisi certa animi destinatione , & consulto ad hoc processerint omnes. Alioqui singuli tenentur. l. *Semper aduersus.* §. *Si in sepulchro.* ff. *Quod vi aut clam.* Opus enim (inquit Vlpianus) quod à pluribus

pro individuali factum est, singulos in solidum obligare.

Quin fortius dicit: *Quod si leuato vexillo, & pulsata ad hoc peruerent campana: non tamen posse conueniri totam vniuersitatem: nisi præcesserit dolosa deliberatio, vel sequatur ratihabitio expressa, vel tacita. Videbitur enim seditio potius quam factum vniuersitatis. Vnde habet locum Tit. C. de sedit. Et contra: sicut delicta subiectorum non ligant vniuersitatem: ita nec officialium admissa. Nam non videtur eis mandatum, ut male fiant. l. Si procurator. §. Celsus ait. ff. de penitentia. indebit.*

Variis autem modis Imperatores in Constitutionibus suis loquuntur de banno Imperiali: cum gliscente iam vera iuris & æquitatis ratione, certum non tenerent eius rei scopum, ut inferius dicetur.

Fridericus II. in Constit. de statut. & consueaudi. contra liberta. Ecclesi. Banno (inquit) mille marcum. Vnde satis appareat, etiam Bannum de poena pecuniaria posse intelligi.

Idem Fridericus paulo inferius de duriori rebanni poena loquens: *Quod si per annum (inquit) huius nostra constitutionis inuenti fuerint contemptores: bona eorum per totum nostrum imperium mandamus impune ab omnibus.*

bus occupari. Saluis nihilominus alijs pœnis contra tales in generali consilio promulgatis.

Aduersus violatores itaque pacis priuatos, si videatur ut cunq; defendi posse pœna banni secundum posteriorem interpretationem, quam nunc Imperatores sequuntur: certe vniuersitas vel ciuitas sic puniri non potest, propter naturalem æquitatem.

Quare Fridericus I. in Constit. de pace tenend. intersubditos. Si quis vero (ait) ausu temerario prædictam pacem violare presumpserit: si ciuitas est, pœna centum librarum auri came-
ra nostra inferenda puniatur. Hæc sanctio iusti-
or videtur, quam prædicta Friderici.

Omnium denique grauissima pœna banni recepta fuit Wormatiæ Anno 1495. Maxi-
miliano Imperatore. Tit. Die pœn alien.
Friedbrecher. His verbis

Vnd ob jemandts / was würden oder
Standts/ der oder die weren / wider der
eins oder mehr / so vorgemelt im nechsten
Articul gesetzt ist / haudeln / oder zuhan-
deln vnderstehen würden / die sollen mit
der That von Recht/ zu sampt andern pœ-
nen / in vnser vnd desß heyligen Reichs

Acht gefallen seyn. Die wir auch hier
in vnser vnd dess Heyligen Reichs Z
erkennen vnd erkleren: Also dasz ihr
vnd Gut allermenniglich erlaubt /
Niemandts daran freveln oder verh
deln soll oder mag. Auch alle Versch
bung / Pflicht oder Bündniß/jhn zu
hent / darauff sie Forderung oder
sprach haben möchten / sollen gegen
jenen / die in Verhaft waren / ab vi
todi: Auch die Lehen / so viel der V
fährer deren gebraucht / dem Lehen g
ren verfallen/vnd sie derselben Lehen/c
derselben Theil / so lang der Friedbre
lebet / ihm oder andern Lehnsherren
verleihen / oder denen seinen Theil
Abnuz folgen zulassen / nicht schul
seyn.

Hæc species banni, an æquitatis ra
nem habeat: & quomodo iure ciuili po
defendi iudicent alii. Nam sex hominum
que scelestissimi nequam, aduersus quos
lis pœna merito decernenda esset ,
cit

ÆQUITATE. Tit. XV. 157

citantur in læsionem aliquando bonorum virorum.

Confirmata autem est per Carolum V. Wormatiæ, Anno 1521. Tit. Die pen aller Friedbrecher. Vbi addit, defensionem aduersus violentum inuasorem, & fractorem pacis, esse licitam. Posse etiam denunciari tallem violentiam, cui resistitur, Electoribus & Principibus Germaniæ: ut sciant rem sic agi, & ex necessitate defendendi ad arma fuisse peruentum.



T I T. XV.

D E B A N N O I M P E- riali.

VT recte percipiāmus; quid sit bannum Imperiale, quo nunc utimur: necessarium est, totam pœnarum seriem ab uno (ut dici solet) repetere: Nam sicut vniuersum ius intelligi non potest ignoratis principiis; l. i. *ff. de origin. iur.* ita nec pars ista de pœnis: vlo pacto cognoscitur sine vetustatis inue-

M. S. Stigav.

stigatione: In primis, quatum ad vocem
tinet, Alciatus in parergis existimat, Bā
dici ab annali Græcorum relegatione,
ἀπεισαπομόσ dicebatur, quasi abānatio,
est, relegatio vnius añ. Sed certe ea vox
tione huius vocabuli, bannum longe dicit.
Proinde crediderim ego Bānire dici à Wā
dalico verbo Banner, q̄ vexillum signifi-
quoniam iu omni re seria solebant Wā
li adhibere vexilli ceremoniam. Et pro
Wandalorum gens & lingua quam lat-
tuerit, nemo ignorat vel mediocriter in
storiis versatus. Cum primis autem au-
lūs noster Albertus Crantzius in sua Wā
dalia bona fide tradit illius gentis ampi-
mam ditionem. Quam ob rem iam nun-
lam vidēmus frequentem in Wāndalic
uitatibus vexilli ysum: tum apud Italos e-
que, ad significandam pœnalis iudicii
ctionem, vexilla adhibentur.

Origo autem pœnarum sic habet. Quid
quam nullo inuentus est seculo, qui infi-
ret: delicta, ne nimium multiplicarentur
malitia carnis, oportere coerceri: ut
virtutis amor non alliceret ad bene fac-
dum, eos saltē metus pœnarum absternere
ad delinquendo: veruntamen priscis tem-
pibus mortem ob delictum inferri, non
recepit.

receptum. Nefas enim videbatur quamuis malos, tamen homines suppicio capitis adficere. Ea tum fuerat mundi simplicitas.

Itaq; maximam pœnam existimabant, interdictionem ignis & aquæ. Quum enim eorum rerum usu in hac vita nemo carere posset, perinde habebant; ac si esset is, qui eam sententiam exceperisset, morte multatus.

Veteres enim, cum veram Dei creationem non satis perciperet, arbitrabantur his duobus elementis, igni & aqua, produci omnium animantium vitam. Ideo nuptiarum fœdera interuentu ignis & aquæ celebrabantur. Scœuola in l. penulti. ff. de donatio. inter vir. & uxor. Virginī (inquit) in hortos deductæ ante diem tertium, quam ibi nuptiae fierent: cum in separata diata ab eo esset, die nuptiarum, prius quam ad eum transiret, & prius quam aqua & ignis acciperetur: obtulit decem aureos dono. Vbi Accursius ignem & aquam male intellexit de face & tæda nuptiali: quæ alia quædam honoris solemnitate solebat nouæ nuptiæ præferri, & seruus qui præferebat, dicebatur prælucens. Vnde Cirero metaphoricos dixit in Lælio: *Bona ſpe pralucet in poſterum.*

Deinde vero, crescēte iam hominum malitia, cum introduceretur supplicium mortis: cœperunt sic distinguiri pœnarum gradus & genera...

I. Gra...

in metallum damnabantur, grauioribus vinculis premebantur: qui in opus metalli, leuioribus, auctore Vlpiano, in l. Aut *damnum. eod.tit.* Vbi ad metalli pœnā refert, In calcariam vel sulfurariam damnari. Hęc itaque species pœnæ, libertatem & ciuitatem adimebat *Instit. de capit. dim. §. Maxima.* Et hac ratione capitalis dicebatur l.2. ff. de pœn. *Rei capitalis* (inquit Vlpianus) *damnatum sic accipere debemus, ex qua caussa damnato vel mors, vel etiam ciuitatis amissio, vel seruitus contingit.* Et tamenque iuris sunt naturalis, *Si in facto versantur, retinebant sic damnati. l. Quidam sunt. ff. eod. tit. l. legatum. ff. de capit. minut. l. Consilio. §. f. ff. de Curato. furios. arg. l. Deniqz. in si. ff. Ex quib. caus. maior.*

Alias condemnabantur delinquentes in metallum, vel in opus metalli, ad tempus. *Quod si nulla temporis præfinitio esset adiecta, decennium intelligebatur.* Et hac pœna ciuitas quidem adimebatur: non tamen libertas. l. Aut *damnum. §. in ministerium. l. Si ne præfinito. l. Capitalium. §. Diuus Hadrianus. de pœnis.*

Alias dabantur rei criminis in ministerium metallicorum, vt operantibus ministrent: præsertim fœminæ. d. §. in ministerium. Et l. in seruorum. §. Qui ex caussa ibidem:

Hoc autem simili, quod dictum est, modo & distinctione fiebat, vel in perpetuum vel ad tempus Cōdēnatio ministerii perpetua, referebatur ad hunc gradum Temporaria vero tam metalli, q̄ ministerii pœna, pertinebat ad quartum gradum, quem infra recēsēimus.

III. Gradus pœnarum est deportatio, quæ successit in locum interdictionis ignis & aquæ. l. 3. ff. ad leg. Iuli. peculat. l. 2. §. 1. de pœnis. Nouell. de his qui nupti. iterant. Constit. 22. Deportatio autem dicitur, quasi portatio de eo iure, quod quis in ciuitate habuit, ad exilium perpetuum: annotata illi prouincia, vbi mandandum sit, l. Inter pœnas. ff. de interdict. & relegn. Libertatem interim non adimebat: id eoque media censebatur capitis diminutio: Iustit. de capit. diminut. §. Minor siue media. Et l. vlti. ff. eod. tit.

In his tribus pœnarum ordinibus publicabantur fisco bona condemnati. l. 1. & l. 2. ff. de bon. damnato. iuxta regulam l. Qui ultimo. ff. de pœn. Sed istud tamen de bonis propriis & paternis accipiendum fuit: non autem de illis, quæ à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuebantur, & declarat Vlpia. in l. 3. ff. de interdict. & relegat.

Iustinianus vero utrumque mutauit optimis rationibus: ut nulla pœna seruum faceret.

ret: multo minus auferret bona hæredibus, qui nihil deliquerunt. *Nouell. de his, qui nupti. iter. Constit. 22. Et Nouell. de vicar. seu loc. tenent. Constit. 134.*

IV. Gradus continet pœnas, quæ ad existimationem, & famam pertinent, propter corporalem coercionem, vel damnum cū infamia illatum in bonis. Et ideo hisce pœnis neq; libertas adimebatur, neq; ciuitas vel patrimonium totum: veluti, relegatio ad tēpus, vel in perpetuum: fustium admonitio: dignitatis depositio: alicuius actus prohibitiō: Condemnatio in pecuniam famosa.

Hos gradus (nam de pœnis pecunariis ciuilibus non loquimur) tractant, Vlpianus in l. *Si quis forte. §. fin. Et l. Aut. damnum. Calistratus in l. Veluti. Martianus in l. Relegati. ff. de pœnis. Et hoc iure utimur (inquit) ut relegatus interdictis locis non excedat. Alioquin in tempus quidem relegato, in perpetuum relegationis: in insulam relegato, deportationis: in insulam deportato, pœna capitis irrogatur. Gallistratus ibidem, Capitalium (ait) pœnatum fere isti gradus sunt: Summum supplicium esse videtur ad furcā damnatio. Et infra. Deinde proxima morti pœna metalli coercitio: Deinde in insulam deportatio. Cetera pœna ad existimationem, non ad capitis periculum pertinent.*

Diffe-

Differentia itaque inter relegationem & deportationem hæc erat. Deportatio in perpetuum damnabat. Relegatio, alias in perpetuum, alias ad tempus. Item, Deportatio adimebat ciuitatem Romanam, relegatio non æque. Itaque deportatus amittebat bona: relegatus minime. *l. Religatorum.* §. Hæc est differentia, & §. seq. ff. de interdict. & relegat.

Relego enim, relegate, significat in exilium mittere, & separare ab aliis. Quare Martianus triplex exilium distinguit, *in l. Exiliū.* ff. de interdict. & relegat.

Interdicere est, maxime aliquid prohibere. Et construitur cum ablativo: ut interdicere loco, personis, vel rebus. Vnde interdicti passione dicuntur illi, quibus fit prohibito. *l. Religatorum.* §. interdicere. ff. eod. tit.

Quo tempore itaque pœnæ capitales introductæ sunt: abiit in desuetudinem interdictio ignis & aquæ, cui successit deportatio, ut prædictum est. Deinde, sublata deportatione, cum prouinciarum numerus sub imperio Romano in angustū redigeretur: peruentum est ad proscriptionem, quam dicimus bannum seu excommunicationem Imperiale, cuius meminit Fridericus I. in *Constit. de statu.* & consue. §. Item nulla potestas..

Et cum

Et cum primum hæc nouissima proscriptionis pœna introduceretur: obseruata fuit differentia inter censuram & bannum, hoc modo.

Censura Imperialis, die Rehslerliche Acht / intra annum habebat hanc appellationem. Quia Imperium censet: utrum in eam sit declarandus, an non. Nostra enim lingua, Achten / significat iudicare, existimare, reputare. Adimebat autem securitatem & pacem, publicatis personis & rebus ubique. Bannum vero, die Bann / id efficiebat ut sic baniitus apprehendi quidem posset in quolibet iudicio, sed non passim occidi. Post annum vero ista censura & proscriptio iterabatur, confirmata grauioribus pœnis. Inde dicta est, die Überacht/ quasi aggrauatio excommunicationis & censuræ Imperialis.

Quemadmodum n. excommunicatio Ecclesiastica minore est censura, Anathema maior: ita proscriptio ciuilis leuior est & grauior. 3. q. 4. c. vlti. cum gloss. Proscriptio autem dicitur damnatio, à scribendi ceremonia, quam Vlpianus explicat, de priuata interdictione loquens, in l. Sed & si pupillus. §. Proscribere. ff. de instito. actio. Vnde dicimus latine, proscribere in exilium, pro relegare, proscribere ad censuram, pro publicare personam

nam & bona: quoniam nomina condemnatorū claris literis ante locum frequenter solēt scribi & declarari in eam pœnā.

Relegationis tum perpetuæ tum temporariæ usum obseruant recte ciuitates, quæ habent merum & mixtum imperium, vel diuturnis moribus, vel specialii indulto. Cur enim non profligarent illos, quos Reipublicæ suæ vident inutiles & perniciosos fore? Interdum etiam damnant ciues incolas, ne de domo suo procedant, *iuxta l. vlti. ff. de interdicto.* Et relegat. Principes quoque nostri, hoc est proceres Germaniæ quotidie vertuntur relegatione & interdictione, *Verfesfung / Underacht.*

Imperatores vero ab aliquot annis confuderunt pœnarum rationem. Ideo tandem vim quoque & potestatem banni sui diminuerunt maxime:

I. Duri iuris est (num & æquitati repugnet, ipsi iudicent) quod publicant personas & bona, quæ nihil deliquerunt: quum id sit prohibitum, ut supra.

II. Publicantur bona non fisco, sed quibuslibet volentibus. Et sic introducitur malis hominibus occasio deprædandi, adeo ut non desistant etiam post absolutionem condemnatorum latrocinari.

III. Quod

III. Quod vniuersitates non aliter atque priuatos proscribunt: qua ratione defendi possit, viderint illi, ad quos ea res pertinet.

Grauissime ergo Traianus, *in l. 1. ff. de interdict.* & relegat. Scio (inquit) relegatorum bona auaritia superiorum temporum fisco vindicata: sed aliud clementia mea & conuenit, qui inter cetera quidem, innocentia ac ratione meorum temporum hoc quoque remisi exemplum. Audis hanc æquissimam optimi Imperatoris vocem? Vides quanto interuallo distet: à moribus nostri temporis?

E I N. I S.

INDEX



INDEX CAPI- TVM ET LEGVM, QVÆ in hoc Libro explican- tur.

PRIOR NVMERVS TITVL-
lum, posterior paginam
denotat.

A.



- | | | |
|--|-----|------|
| Equitas quid sit. | 3. | 12. |
| Æquitatis & summi iuris dif-
ferentia. | 5. | 39. |
| Æquitatis scripta, & non scri-
pta vñsus. | 7. | 72 |
| Æquitas an ad merum ius gē-
tium, an cum praeceptis ciuilibus estimari
debeat. | 5. | 55. |
| Aristotelis de differentia summi iuris & equita-
tis, disputatio forensis. | 5 | 39. |
| Appellatio à sententia de possessione dicta, an sem-
per sit licita. | 12. | 128. |
| Appel- | | |

I N D E X.

Appellatio quare inuenta.

12. 133.

B.

Boni & equi appellations.

1. 1.

Banni poena grauissima Wormatia constituta.

14. 158.

Bannum unde dictum.

15. 159.

C.

Christiani an recte utantur scriptis legibus, ad persequendum ius suum.

6. 65.

Causse aequitatis quae sint.

5. 62.

Conclusio in causa, cur ad constituta iudicia requiratur, viraratio.

10. 115.

*Ciuitas an & quatenus possit puniri per sententi-
am judicis.*

14. 144.

D.

*Depositum an deportato domino reddendum, an
in fiscum deferendum sit.*

5. 55.

Delicta quando possint uniuersitati imputari.

147.

E.

*Exempla, in quibus cum primis aequitatem nos
scriptam*

I N D E X.

<i>scriptam exerceri oportet.</i>	<i>9. 93.</i>
<i>Editio actionis qualis esse debeat.</i>	<i>10. 103.</i>
<i>Errores, qui hodie versantur in iudiciis.</i>	<i>19. 109.</i>

F.

<i>Formula Romanorum iudiciorum.</i>	<i>12. 122.</i>
--------------------------------------	-----------------

G.

<i>Gradus honestatis circa aequitatem obseruandi.</i>	
<i>8.</i>	<i>74.</i>
<i>Generalissima praecepta, de colligenda aequitate.</i>	
<i>8.</i>	<i>80.</i>

I.

<i>Iure scriptone, an aequitate iudicandum sit.</i>	<i>6.</i>
<i>64. 70.</i>	
<i>Interrogationum usus in iudiciis.</i>	<i>10. 107.</i>
<i>Iudicium à consilio qui differat.</i>	<i>10. 113.</i>
<i>Index utrum conscientiam suam, an probationes sequi debeat.</i>	<i>13. 136.</i>

L.

<i>L. Aut facta. ff. Depoenis.</i>	<i>4. 27.</i>
<i>L. Bonafides. ff. Deposit.</i>	<i>5. 46</i>
<i>L. Dudum.</i>	

INDEX.

<i>L. Dudum. C. de contrahend. empt.</i>	8.	86.
<i>L. Placuit. C. de iudic.</i>	8.	91.
<i>L. i. C. de legib.</i>	8.	91.
<i>Litis contestanda forma apud veteres. II.</i>	126.	

N

<i>Nomen actionis in libello an exprimi debeat.</i>	10.	
	104.	

P.

<i>Processus iuris quid sit.</i>	9.	99.
<i>Positionum origo.</i>	10.	109.
<i>Pœnarum gradus.</i>	16.	161.

R.

<i>Reformationibus processuum quare nihil proficiatur ad emendationem iudiciorum.</i>	10.	
	119.	

S.

<i>Summi iuris appellations.</i>	2.	7.
<i>Summum ius quid sit.</i>	4.	21.
<i>Substantialia processuum iuris.</i>	10.	102.
<i>Spoliato quando possit aequitate negari restitutio.</i>		
<i>9.</i>		96.
<i>Scriptura usus in iudiciis.</i>	9.	101.
<i>Sententia quomodo dicenda.</i>	10.	117.
		V. Vindi-

I N D E X.

V.

<i>Vindiciarum solemnitas apud veteres.</i>	11.	124.
<i>Vniuersitas utrum sit aliud, quam homines singuli vniuersitatis.</i>	14.	145
<i>Vniuersitas an possit delinquere.</i>	14.	147.
<i>Vniuersitas quatenus puniatur.</i>	14.	150



THESIVM

THE SIVM EX
HOC LIBRO SELE-
tarum Index.

PRIOR NVMERVS TITV-
lum, posterior paginam
denotat.

A.



Æquitatis omnium præclarissi-
mum est iudicium. tit. 3. pag.
13.

Æquitas censendo, non altercā-
do discernitur. ibidem.

Æquitas, ex ratione circum-
stanciarum, ius vel intendit, vel remittit.

3.

16.

Æquitas in speciem facta presentia, ius sum-
mum generaliter & de futuris ordinat. 3. 18.

Æquitas non differt à summo iure genere, sed spe-
cie.

5. 40.

N

Æquitas

I N D E X.

- Aequitas dupli modo potest exerceri. 7. 72.
Actu & specialiter nulla aequitas est scripta. 7.
74.
Arbitrium hominis eo non fit seruum, quod iure
regitur. 8. 87.
Arbitrio boni viri non potest in speciem lex pre-
scribi. 9. 94.
Actionem sine legitima causa intendenti, non
est dandum iudicium. 10. 104
Articuli & positiones non eo sunt recepta, ut in-
dex, velut marpesia cantes pro tribunali ob-
mutescat. 10. 109.

B.

- Bonum in iure non debet ab aequo distingui. 1. 2.
& 6.
Fons & fidei non congruit de apicib. iuris disputare.
1.
Bonorum publicatio hodie est prohibita. 5. 48.
Bona non dicuntur, nisi deducto aro alieno. 5.
56.

C.

- Circumstantiis omnibus & qualitatibus facto-
rum non potest in speciem lex scribi. 3. 13.
Gatu-

I N D E X.

- Calumniarum exempla, quibus legum aequitas circumuenitur. 4. 23.
- Cautela, Singularia, & reliqua id genus, intercipiunt aequitatis usum. 4. 25.
- Consilij sui poenam regulariter nemo patitur. 4. 28.
- Contractus turpes, aut publice perniciosi, non valident ipso iure. 4. 30.
- Collatione circumstantiarum facti praesentis, cum regulis summi iuris, colligitur aequitas. 5. 42.
- Christiani licite ius suum tinentur scriptis legibus. 6. 65.
- Consultationes ad principes non sunt simpliciter prohibita. 10. 116.
- Conscientia duplex non potest in uno eodem homine existere. 13. 138.
- Conscientiam iudex sequi debet, adhibitis legum formulis. 13. 139.
- Confessio propria non mutat veritatem. 13. 142.

D.

- Damnatorum bona quibus cedant. 5. 49.
- Depositii restitutio non nisi ex causa dominij potest impediri. 5. 57.

N 2 Debit

I N D E X

Debitori, nisi admonito, non potest ex equitate iudicium dictari. IQ. 112.

E.

Emptiones iure perfectae, saepe ex circumstantiarum qualitate dissoluuntur. 5. 44.

Evangelium non prohibet vindictam publicam. 6.

Executionem sententia non differet iudex propter interpositam appellationem, cum iure est prohibita. 12. 133.

F.

Facti appellatione generali, & dicta, & scripta comprehenduntur. 4. 28.

Finis, ob quem quid fit, spectari debet. 4. 29.

Factorum omnes qualitates nec comprehendendi, nec diffiniri scripto possunt. 9. 93.

H.

Honestatis gradus nisi obseruentur in estimanda equitate, leges trahuntur ad summam ini-quitatem. 8. 75.

I.

Index non potest ex equitate lites dirimere, nisi cons-

INDEX.

- conscientiam adhibeat synceram.* 3. 13.
Iudicium animi duplex est naturale & ciuile. 3.
14.
Iudex dubitans, suspendere debet litis diffinitio-
nem. 3. 16.
Iudex nisi equitatem veluti ducem sequatur, fa-
ciliter aberrat. 3. 21.
Iustitia duplex, commutativa, & distributiva.
4. 31.
In iudicis non debet eodem semper modo procedi.
9. 99.
Inauditus non est condemnandus. 10. 103.
Lurisdictione nemo violenter aut tumultuarie ob-
rui debet. 10. 105.
Iudicem plus instruit una interrogatio, quam
viginti positiones vel articuli. 10. 108.
Interrogationes litigantium scriptae quibus hodie
utimur, magis implicant veritatem, quam
explicant. 10. 110.
Iudex de iure dubitans, referet. 10. 116.
Iudex boni & innocentis viri officio fungi deberet.
13. 138.

L.

- Lex nisi applicetur circumstantijs factorum inci-*
dentium, trahitur ad iniuriam per calu-
mniam.. 2. 9.
Legum

INDEX.

<i>Legum paucitas & certitudo est utilissima Rei- publica.</i>	3. 19
<i>Loci duplex significatio.</i>	4. 32.
<i>Lites non tam execrantur diuine litera, quam causas litigandi.</i>	6. 68.
<i>Libertas quid.</i>	8. 187.
<i>Legis generalis sanctionem nemo potest interpre- tatione priuata mutare.</i>	8. 91.
<i>Litis contestatio libertatis est: sententia necessi- tatis.</i>	10. 103.

M.

<i>Magistratus sunt vicarij Dei.</i>	6. 65.
<i>Magistratum interest, propositas esse in Repub- lica scriptas leges.</i>	6. 69.

N.

<i>Naturalis & ciuilis iuris regula miscenda sunt, ad colligendam aequitatem.</i>	5. 56.
<i>Nemo recusare debet id, quod alteri prodest, sibi autem non nocet.</i>	8. 83.
<i>Natura & sanguinus ratio in estimatione aqui- taeis est habenda.</i>	8. 84.

P.

<i>Præteturpias seruanda non sunt.</i>	4. 22.
<i>Perfidia sape tollit distinctionem euentus.</i>	4. 37.
<i>Politica.</i>	

INDEX

- Politica ordinationes sacris literis non prohiben-
tur. 6. 66.
- Publio utilitatis in estimanda equitate, religio-
niproxima est consideratio. 8. 75.
- Patrie charitas omnibus omnium amicitijs est
preferenda. 8. 78.
- Processum forma, que hodie obsernatur in iudi-
cij, nullum habet in iure exemplum. 9. 100.
- Pronocatio à sententia momentanea possessionis,
regulariter non est admittenda. 12. 129.
- Pronocatio ab interlocutoria non grauante, friuo-
la est etiam iure Pontificio. 13. 130.

R

- Romanis legibus licite utuntur Christiani. 6. 69.
- Religionis prima est causa in estimatione equi-
tatis. 8. 75.
- Religio unde dicta. ibidem
- Religionis causa Divinum verbum, bonas lite-
ras, & paupertatem potissimum complectitur.
 8. 76.
- Reipub. interest puniri crimina. 8. 79.
- Rationibus iuris inter se collatis, minorcedere de-
bet maiori. 8. 80.
- Restitutio spoliati, que vergeret in detrimentum
Reipublice, non est passim admittenda. 9. 97.

N. 4

S. Scire

INDEX.

S.

- Scire est rem per causam cognoscere. 2. 11.
Summum ius alias proprie, alias impropre accepitur. 4. 21.
Spolia deposita, domino potius quam latroni sunt reddenda. 5. 57.
Sine legibus scriptis non potest politica disciplina commode retineri. 6. 69.
Scripto propterea leges comprehenduntur, ne quis ab eis pro arbitrio discedat. 6. 71.

T.

- Tempus omnia mutat. 4. 33.
Temporis & personarum praecipue habenda est ratio in colligenda equitate. 6. 92.

V.

- Vita corporalis non potest sine iudiciorum defensione retineri.. 6. 66.
Vindictam priuatam, ad stabiliendam auctoritatem publicam, Evangelium sedulo prohibet. 6. 67.
Vendor naturali ratione obligatur, ut sanguine iunctos preferat extraneis. 8. 87
Veritas rei gesta spectanda est, et si opinio habeat diuersum. 13. 139:
Vniuer-

L N D E X.

Vniuersitas est nomen iuris: igitur differt à singulis hominibus. 14 146.

Vniuersitas non potest simpliciter delinquere, nec puniri. 14. 147. & 149.

F I N I S.



